

Index eorum omnium que in hac Arte parva Galeni pertractantur. Ars parva Galeni / ... ab Laurentiano Florentino e Greco in latinum conversa. Item subjunguntur Paradoxa Domini Simphoriani Champerii ... in Artem parvam Galeni. In quibus preclarissima ... que a Trusiano, Gentili, Jacobo Forliviensi, Sermoneta, et Ugone Senensi ... scripta sunt ad medicos instruendos ... narrantur. Item Additiones Haly Rodoam.

Contributors

Galen.

'Alī ibn Riḍwān, -approximately 1068.

Champer, Symphorien, 1472?-approximately 1535.

Laurentianus, Laurentius, approximately 1450-1502.

Rustico, Pietro Antonio, active 1486-1522. Oratiuncula pro Symphoriano Champerio.

Publication/Creation

[Lugduni] : [Jean Marion?], [1516?]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/k9uwpc8h>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>











1425⁽¹⁾

1423

1424⁽¹⁾

A XVIII p

coll
21

Nicolaus Pol Doctor • 1494

2678. 28
450 sw 4
= 218

55. CHAMPIER, Symphorien. *Epitome Commentariorum Galeni in libros Hippocratis*, primus aphorismorum, secundus pronosticorum, tertius regiminis acutorum morborum, quartus epidemiarum. Centiloquium isagogicum in libros Hippocratis. Black letter. Title printed in red and black. 12, 104 and 4 leaves. *Large woodcut border around the title with J. Marion's small printer's device*; woodcut initials. Large 8vo. Lyons, J. Marion, 1516.

Bound up with:

— *Ars parva Galeni*. Subiunguntur paradoxa, in quibus praeclarissima quae a Trusiano, Gentili, Jacobo Forliviensi, Sermoneta et Ugone Senensi narrantur. Additiones Haly Rodoan. Black letter. 16 and 64 leaves (last blank). Title printed in red and black. Printer's device on last leaf. Pretty woodcut initials. Large 8vo. (Lyons, J. Marion, 1516).

Bound together with:

— *Categoriae medicinales in libros demonstrationum Galeni*. Black letter. 40 leaves (last blank). *With the large printer's device of J. Marion* representing Saint Paul and Saint Peter with the holy handkerchief; woodcut initials. Large 8vo. Lyons, J. Marion, 1516.

Three different works bound together. *Pretty original (French?)*

binding, blind stamped red calf, richly decorated with borders of flowers, animals, ornaments, stamps in the four corners (binding in places slightly scratched, otherwise in very good condition). Frs. 450.—

Fine collection of three different works by Champier, beautifully printed by that famous early French press.


One of the earliest of the French humanists was Symphorien Champier (1472-1539), of Lyons, a medical graduate of Pavia (1515), physician to Charles VIII, Louis XII and the Duke of Lorraine. Champier was one of the last conciliators of Greek and Arabist doctrine. He planned to bring Hippocrates, Galen, Celsus and Avicenna into a kind of symphonic relation with one another (Garrison).

I: Allut, p. 180-82. Contains an interesting chapter on Syphilis (chapter X, folio 13, de morbo pthenopeo sen pudendagra sive morbo napolitano). Besides we mention: De cucula (whooping-cough), de intestinis, de olfactu etc. Adorned by a fine border around the red printed title and numerous woodcut initials.

II: Allut, p. 183-84. We mention: De signis ventriculi natura sicioris, de partibus cognitu faciliioribus, de fractura, de punctione nervi etc.

III: Allut, p. 178.

COPIES OF THE EARLY EDITIONS OF CHAMPIER'S WORKS, ARE, EVEN IN THE FRENCH BOOK TRADE, OF GREAT RARITY.





[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

In
que
Ba



Item

capa d
Ingdun
Calabri
ofici:
us prec
Trufia
Bermo
noteric
als bec

Stē

admod

**Index eorum omnium
que in hac Arte parua
Galenipertractantur.**



Rs parua galeni

pergameni: quam nostri greco vocabulo *Tegni* appellat ab Laurentiano Florentino e greco in latinum conuersa.

Item subiunguntur Paradoxa

Domini Simphoriani Ebamperij: Lugdunens. illustrissimi principis dñi Ducis Calabrie et Lotharigie et Barri etc. primarij pbyfici: in Artem parua Galeni. In quibus preclarissima queque et digna lectu. Que a Trufiano. Gentili. Jacobo Forliuensi. Sermoneta. et Agone Senensi: omnibusque neotericis scripta sunt ad medicos instruendos breuiter: clareque narrantur.

Item additiões Haly rodoā

admodumque acute: ac docte.

Index eorum omnium: que in singulis
libris pertractantur.

Capita libri primi artis parue Galeni.



Et triplici genere doctrinarum.

Cap. primū.

Quidnam sit medicina: et quo pacto corpora:
cause ac signa: sana: egra: neutraq; nominen-
tur.

Cap. ii.

De corpore sanabili. Quidnam corpus sanabile
sit.

Cap. iii.

De corpore egrotabili. Quidnam corpus egrotabile sit.

Cap. iiii.

Quot modis neutrum corpus appelletur.

Cap. v.

Libri secundi capita hec sunt.



Signis quibus affectiones corporum cognoscun-
tur: et quo pacto talia signa trisariam diuidan-
tur.

Caput primum:

Quotnam partium differentie sint.

Cap. ii.

Quodnam propria inditiorum genera habeantur:

ex quibus signis vniuersa capitū dispositio ducat. Et de vir-
tute ac vitio principalium actionum.

Cap. iiii.

De signis quibus oculi cognoscuntur.

Cap. iiii.

De corde calido et hu. cal. et arido. frigido et hum. frigido et
arido.

Cap. v.

De signis iecoris calidioris: aridioris: hu. et frigi.

Cap. vi.

De calido testium temperamento.

Cap. vii.

De signis totius corporis habitudine et qualitate.

Cap. viii.

De signis ventriculi natura siccioris.

Cap. ix.

De partibus cognitu facilioribus: ac difficilioribus: et de eis
que nullo pacto cognosci possint.

Cap. x.

Quibus signis cognoscatur corpus egrotum.

Cap. xi.

Quibus signis cognoscatur corpus egrotaturum et conua-
liturum.

Cap. xii.

De signis pronosticis.

Cap. xiii.

De signis corporum iam egrotantium: quo pacto moritez aut
sanitatem ostendant.

Cap. xiiii.

Libri tertij capita hec sunt.



De causis sanis custodientibus et efficientibus sanitate.

Caput primum.

De causis quibus intemperies insite custodiuntur quibusque corriguntur: et ad habitum optimum perducuntur.

Caput. ii.

De causis quibus impedimenta figmenti corriguntur et quatuor corporum discrimina habeantur.

Cap. iij.

De causis sanantibus solutionem continuitatis.

Cap. iij.

De causis corporum confesse egrotantium.

Caput. v.

De fractura.

Caput. vi.

De punctione nervi ac tendonis.

Cap. vii.

De implexu dispositionum.

Cap. vii.

De curatione figmenti.

Cap. ix.

De morbo numeri.

Cap. x.

De precautionione.

Caput. xi.

De modo recreandi corpora.

Cap. xii.

Quo ordine libri legendi sint.

Caput. xii.

¶ Finit.

In domini Simphoriani Champerij paradoxa
in artem parvam Galeni que speculum dici potest
Galeni. Philisij vogesigene.

Si breuitas obscura canens laudanda putatur.
Que fulget medio clarioz ipsa die.

Grates champerio non paruas simphoriano.
Debent lectores magne galeni tui.

Qui fecit speculum clarum ac breue ubi studiosi.
Dogma vident mira sub breuitate tuum.

Abbreuians longa illustrans obscuraque cuncta.
Soluenda est tanto gratia multa viro.

Ipsaque precandus celsi moderator olympi.
Ut det post longos premia digna dies.

Symphorianus Chaperius Lugdunensis. Petro Anthonio
Rustico Placentino artium et medicine doctori excellentissimo
gymnasij Ticinensis ordinario suo college. S. P. D.

Scio te grauiter ferre/atq; acerbè siluisse me diu:
z nō misisse ad te: que dudum postulabas in tegni
galeni paradoxa. Alterumq; vt ipse opinor/valde
admiraris: alterū vehementer doles. Nec id quidē
iniuria. Non enim erat neq; officij/neq; humanitas
tuis mee: nihil ad nūc vsq; ad te scribere. Quotidie tamē z si nihil
ad te scripserim maiore affictor desiderio tui: et amore ardeo.
Aueo videre te: audire: alloqui: aueo dulces/vt solebā/ac fami-
liares tecū cōferre sermones. Tua me absentia die noctuq; ingē-
ti dolore premit: qui non modo non adimitur (vt aiunt) die: sed
etiā in dies magis/ac magis excrescit. Te vigilans dormitansq;
desidero. Te firmiter cōstāterq; z amo: z obseruo. Quid multa
Hosti iā duduz me: z quali sim natus ingenio/facile didiscisti. Ve-
nio nūc ad paradoxa in tegni Galeni. Illa tradidi calcographis
Lugdunēsis: ij diuinarum pleniores sunt/ q̄s fidei. ea tñ ma-
gno q̄sita labore/tradidi imprimēda: eaq; mittere ad te q̄s primū
institui. Quid tibi aliud vis? Quid q̄ris? Satis tibi hoc sit: igno-
sce tñ si neotericos vestros nō insequar. a Sotica enim illa rudū
latinoz litteris illata plaga: bone littere oēs nescio quid Soti-
cū passe sunt: haud secus ac Quidius seipsum aliquid vicij inter
barbaros Getas contraxisse ita cōqueritur. Si quis in hac ipm
terra posuisset homerū. Esset crede mihi factus z ille getes. Ita
temporum iniuria factum est. et facilis hic debet venie locus
qui ad hec pro temporū conditione introduximus. Nam si qui
ad Sycambrōs itarent: minus docti illis viderentur nisi quid
sy cambrum saperent. At ergo que ad peregrinas vulgaresq; lit-
teras pertineant agnoscat: hec in primis esse cognoscite. Que
stiones Jacobi de forliuio. Sermonete. Agonis: thome de garbo
Dini: marcellij. Calculatoz: z p̄inde hec a vera philosophia me-
dicinaq; relecta putentur: z momētum nullum habere nisi a deo
exiguū: neq; suas questionēs ad veram medicinā neq; ad veram
philosophiam esse tradendas/ alioquin qui secus faciet: rem in-
dignam faciet: sed sophismatis sunt cōsentanea. Que cum in cu-
te quid promittant: nihil intus habent quo id qđ promittunt ex-
hibeant: aperte enim loquor: neq; vos neq; alium quēq; fallere
volens. Eos omnes hac appello nomēclatura qui in iacobi et
vgonis questunculis sunt enutriti. Quisq; philosophiam medici-
nāq; pulchritudine elocutionis possibilia tradiderunt nouo

quodam scribendi genere nec Aristotelē Platonēve nec hippos-
cratem aut galenum: necnon priscorum aliquem imitati: sed per
questiunculas et titillantes argutias similes fortasse eis de quibz
bus Cicero mentionem facit: qui quasi quibusdam punctis quod
versabatur in dubio colligebant: in hoc certe dissimiles quod illi quāvis
orationis florem non sequebantur: minime tamen aspernabantur
lingue proprie idiomatisve proprietatem. Quod ipsi fecerunt ut
est videre apud Gentilem. Petrum aponensem. Thadeum reli-
quosque in eo philosophandi genere doctores illustres. Sed excu-
sandi oīno cum is quo tradebant sua dogmata sermo tunc esset
in usu latinæ eloquentia iussit pessum. Laudauere eā nec imi-
tabantur detenti a seculi illius consuetudine homines: alioquin
iudicio valentes et intellectu subtilissimo. Ceterum nec senescens
dum in Jacobi et Agonis commentariis medicis ipsis est atque
philosophis. Medicos omnes recte eos appellauerim qui in li-
bris hippocratis et galeni incumbunt: ut hominis naturam cogno-
scant aliisque sint adiumento. Multos tamen non eo inficias dari
posse ad pristina studia reditus: aut relaxandi animi gratia aut
rememorandi que obliti sumus. Aut componendi operis alicuius
aut alio quopiam genere iuuandi se et alios. Ad alia enim trans-
meandum. Nam postquam ostendimus Jacobi et Agonis philoso-
phiam posse ad hippocratis et galeni noticiam capescendam con-
ducere nec tantum extimandam quantum multi ex nostris autu-
mant. Ex his (ut arbitror) liquet. et non adeo extimescendum. ut om-
nino iacobi sermonete: et vgonis questiunculas horreamus: nec
adeo fidendum ut animum nostrum penitus remo ipsarum ves-
loque committamus quando si recta inceserimus semita possint per-
desse si deorbitauerimus non possint non obesse: si eis enim vli fue-
rimus ad medicine auctoritatem morborumque curā. Nam iohan-
nes herculanus in suis commentariis in primam quarti antice-
ne asserit Agonē et Jacobum nescire ordinare vnum enema siue
clysterium. Mirandum igitur mihi rustice est: quonam pacto iaco-
bus ipse a nostris ticinensibus tātopere comendetur: cum apud
omnes tunc doctos: tum virtute precipua insignitos Ticinense
gymnasium maxime semper fuerit extimationis ob sua singula-
ri antiquitate. Carolus enim magnus Albinus: cui Alchuius
cognomen redditur: ex britannia a regibus missum ut pacem a
se impetraret: ob eximiam eruditionem complexus ex legato
hospitem fecit suū: ex hospite preceptorem. vetus atheniensium
imitatus exemplum: qui Diaglam a leontinis publice ad se mis-
sum: legationis munere defunctus. Athenis remorati sunt: eius
rapti eloquentia. Idem Carolus parisijs diuine humaneque sa-

plentie Gymnasium instituit: et in longobardia Ticini alterum
Adiicit casum memorabilem. Viri duo monastice professionis
cum britannicis mercatoribus ex hybernia in Galliam delati:
cum alijs alias merces proponerent: se sapientiam venalem ha-
bere alta voce testati: si emptorem inueniant. Crediti sunt pri-
mum delirare: mox quotidiana predicatione cepta est a paucis
vt sit illorum asseueratio animaduerti. Interim rumore in res-
glam perlato: ad Caroli conspectum accersiti: appellatiq; cor-
ram rege: de venali merce: cum idem testarentur rogati: et quan-
ti statura esset emere volenti. victu inquit docentis: et vestitu.
Ceterum Carolus bellicis impeditus curis. Nam hec aliquan-
do antea acciderunt q̃ imperij nomen sit adeptus. Horu vnum
parisijs collocavit. Clementis asunt illi nomen erat: cui ex om-
ni ordine ciuitatis dati sunt iuuenes instituendi. Alter in longo-
bardiam transire iussus: ac ticini: nunc Papias est: sapientiam do-
cere. Mirandum igitur est mi rustice de tam excellenti gym-
nasio a tanto imperatore instituto et a tali preceptore illustrato:
quonam pacto Jacobi questiunculas suscepit. Mater quedam
et alumna Ticinensis ciuitatis est omnium laudatarum artium:
et philosophie omnis precipua quedam (vt ita dixerim) nutritrix:
et omnium libera. tum disciplinarum educatrix: hic se proferunt
preclara ingenia: diutina studia celebrantur: sacri Canones: pon-
tificia iura florescunt: nature arcana inuestigant. Medicina pol-
let. Eloquentia dominatur: Dialectica viget. Laudabilia queq;
curricula exercentur: celestium terrestriuq; rerum illustratur co-
gnitio p̃stantissimi in quocunq; studioru genere preceptores. Do-
ctores vbiq; gentiu celebres: et viri sapientissimi cuiusq; discipline
vberem suppeditant facultatē. Et nisi vana sit pythagore palin-
genesia Bartolum in iure ciuili. alterum in medicinis vero senex
altu Auēzoar Ticinensis ciuitas reditus suos produxit Jasonem
mainu et Franciscum bobium: qui virtute philosophica recentio-
res omnes: ex antiquis etiā complures a se longe relinquunt. ille
beate sunt ciuitates et vere florētes populi. Apud quos maxime
vigent studioru Gymnasia. vna est Ticinensis ciuitas. quasi om-
nium p̃clarissima: in qua sapientes et doctissimi viri in omni stu-
dioru genere: ita doctrina et gloria pollēt: vt ex plerisq; orbis na-
tionibus ac remotissimis regionibus ad suscipiendā sapientie ali-
monia cupidissime per multi veniant. et optatā deniq; studiorum
palmā assequantur. Interea tu rustice clarissime cape vultu sere-
nato paradoxa nostra sub tuo patrocinio edita. atq; sub tuo no-
mine in vulgata que queso feriatas perlegas. Iterum vale et
Simpheorianū simphonace vt soles ama.

Humanissimo et vndecliq; doctissimo dño Andree biffello con
filiario atq; phisico regio apollinee artis pffessori Simphorian?
Champerius siue Lampegius. S. P. D



Erlegi nuper mi Andrea artē parua Saleni quā
nostri neoterici Legni appellāt ab Laurentiano
Florentino traductā: que cum maiorē modū plas
cuisse exceptis ad modum paucis: elaborauit: vt
quam emendatissime vna cū paradoxis nostris et
nonnullis Italy rodoā additionibus imprimere
ne videret vel aliene laudi inuidere vel studiosos iuuenes. tā ve
nusto opusculo defraudare. Publicabo igitur Laurētiani in artē
parua interpretationē. vt cognoscat equus lector: me nō minus
aliena opera/ amare quā mea. Vale nosq; vt soles ama.

Simphorianus chāperius Johanni galfredo phlosopho ac
medico pffessori: illustrissimi Calabri Lotharingorū et Barrēsi
duci consiliario ac phisico clarissimo. S. D. P.



Emini satis Johānes charissime: quid nuper cum
apud insubres cū principe nostro Anthonio lotha
ringo duceret cataphracto galico exercitu inter aul
cos tumultus vna essem? deābulātes et tecū verba
facere de nostro Saleno dixisti. Arabes et penos
artē parua quā neoterici Legni appellāt nō barba
re sed grece scriptā: cū ipsorū barbarie fedauisse. Sed mirādū nō
est. Peccat hoc vno genere passim: et iā vbiq; gētū ppagat hec
labes: et equo magis serpit infame vitū: tēporū ne an principum
culpa magis: incertū habeo: nec si sciā palā id mihi testandū ar
bitror: securus id totū silentio regit: q̄uis tēporū quidē cause:
fidū satis et diligens patrociniuz attulit Columella clarissimus
auctor: qui aduersus horū calūniatores apologiā accuratissimā
scripsit. Sed oīa emendauit Laurentianus florētinus quē inue
nimus artē ipsam parua Saleni vertisse in latinū sermonē: qd̄ sa
ne nō potui nō magnopere cōmēdare ratus fore vtilissimū si vna
cū paradoxis nostris que feci imprimere: est enim liber nōdum
gallis cognitus studentibus: qui tñ adeo est necessari? vt nemo
sit qui medendi peritiā discere fere sine eius noticia possit. Inte
rim legas artem parua: nō enim hec longe absunt a studio sapiē
tie vbi medicine radices omnes existunt: eam tuo nomini partim
dicaui qui acripolles ingenio. Vale.

Chleronymus papientis ex burgo francho oppido oriū-
dus diuī Au. Augustini professionis obseruantie Canonis
cus regularis Simphoriano Champerio equiti aurato
patricio Lugdunēsi ducali Lotharingie physico primas-
rio: necnō z omnigene phie ac theologie instauratori cla-
rissimo: iuxta diuū Platonem Bene agere: z more romano
atq; latine scribentium. S.



La ne fors mea a deo insausa: o mi Simphoriaz
ne clarissime: ita ne volentē nolentēq; fata trahūt
(iuxta tragicū carmen) vt ego qui tanto te animi
ardore frustra quesierim in gallijs quum habui
(vt dixerim) in foribus miser heu miser ipse te vi-
dere nō potuerim. Liceat vicē meā dolere: z si fas
est durā appellare fortunā: que me tanto priuauit honesto animi
gaudio: vt te videre: te alloqui: te amplexari: z osculari minime
quouerim. Sed nō est putanda fors (inquit diuus Au. Augusti-
nus noster) neq; fortuna aliqua (que occulto quodā ordie regit)
nisi cuius ratio z causa secreta est: qđ totum tñ ad diuinam res
uocandū est prouidentia: sicuti ordo ille (asserente boetio) in eu-
tabili cōnexionē pcedēs: z de supreme prouidentie fonte descens-
dēs cūcta suis locis tēporibusq; disponit. Attingitq; a fine vsq;
ad finē fortiter (testat sapiens) z disponit oīa suauiter. In causaz
igitur primā cū oīa referenda sint: sane in meliorē partē isthec a
superis nobis data concedēda sunt. Nihil vero putes me reliq;
se intentatū: quo tandē ardori meo (vt optabā) si possem auide sa-
tisfacere. At nūc vota oīa nostra irrita spes nostre incassum atq;
in ventos abiēre. Et tristis merēsq; languēo me haud meruisse
tua dulcissima presentia perfrui: que vti perfecte virtutis Idea
ac simulacrū pulsāt intelligentie nostre sopitos radios: z quasi
dulcis amoris cestro (dum te cogito) mentē flāma animūq; peru-
rit. S; quid vltērius angimur: aut qđ z quantū satis relutabimur:
cum omnia equo animo ferenda sint. magisq; reminisci des-
ceat illud poeticū. Hate dea quo fata trahant: retrahātq; sequa-
mur. Non enī hec sine numine diuuz eueniūt. Inquit idem poeta
fata igit vīa inuentient (teq; si aliquādo videā) forsan z hec olim
meminisse iuuabit. Satisfecit mihi non modicum Petrus Anto-
nius Placētinus ex litteris suis quas ad me noīe tuo perhumā-
niter direxit. vir quidē z si cognomēto rusticus: re tñ vrbānissim⁹
atq; omni amore gratia doctrina saleq; persusus ac celebris qui
te in collegiū doctorū ac philosophorum nostrorū alme vrbis
papientis primariū litteris cōdecorauit: z oratiōe publica inter

ornatissimos ac splendidissimos viros extulit: iura dignitates: in
signiaq; ipsius collegij: et gymnasij atq; Academie ticinensis ho
nores adonauit: inter togatos phos nostros atq; doctores phy
sicos adscripsit. Tuē et patriciū papiensem nostrū perpetuū des
clarauit. Quibus ex rebus haud mediocriter letatus sum: tibiq;
hoc ideo incredibili amore congratulor q; talē sortitus sim ciuē:
patritium illustrē: atq; doctore: vt nō minori gaudio letandū sit
huic preclarissime nostre vrbis regie ticinensi q; talē virū adopta
uerit in filium: q; vrbis tue preclare: ac patrie Lugdunēsi q; te na
talī solo fuderit alūnum iam diuidemus gloriā de te Simphoria
ne clarissime: vt Lugdunū gloriē te suū genuisse ciuē sed vrbis
nostra ticinensis totius olim in subie preclarissima nūc vero stu
diorum mater et alūna gloriētur te suū vendicasse phm: medicū
consumatissimūq; doctorem ab vrbis magnificentissima lugdu
nensi sumes tu quidē ortus tuī natalicium splendorem. Est ab
vrbis regia nostra papiensi sumes tanq; a pallade splēdidissimū
ph te peplum perpetuūq; decorem. Panegyrico ista libello tra
ctanda forent nō epistola sed hec tantum dixerim: vt cognoscas
(etiam si te nūq; viderim) totus mihi tamen semper eris affixus
precordiis: neq; vlla locorum vnq; aut temporū intercapedo dis
tinet amorem nostrū quin si antea totis te amabam precordiis
nunc posteaq; ciuis noster papiensis effectus es iam iam te cer
te depereā: testatur em̄ ipse vrbis vrbis rusticus noster in litte
ris quas ad me scripsit. Amorem tuum vigere erga me pluri
mum: grataq; tibi atq; accepta fuisse studia nostra: et quanto cū
gaudio perbenigne susceperis atq; tractaueris musas nostras
aliquantulum verecondiores. peregrino habitu atq; ignoto vultu
respectu pauide gradientes. Curasti q; vt paliate se offerrent
ad regis delicias: in heroum ac principum personarent auribus
deniq; vt in litteratorum omnium oculis ac manibus publice ver
sarentur: et que erat tantum priuata: facta est communis amicis
omnibus propagata leticia. indolui tamen aliquātiſper ob im
pressoris ineptitudinem: qui trophēū illud regium vna cum epi
stolis adiectis ceterisq; appendicibus ad decorem tuum o Sim
phoriane potius fedauerit et corruperit q; excussit diligētie
tue tamen ac cure erit et fidei optime mi Simphoriane vt denuo
hec omnia ab impressore idoneo siue calcographo reformentur:
suūq; eis tribuas splendore: vt ad decore etiam tuū politioris
bus characteribus et q; emendatissime suppresso authoris nomi
ne excudantur. Si deus optimus Max. nobis dederit pacem: ex
pectato adhuc panegyricum oratione soluta pro christianissimo
ac pientissimo nostro Rege: in quo experiar qd possint ingeniosi

nostri vires: tantum ut sacratissime Regle maiestati (sicuti decem
est debitorum amoris persolvere) tibi atque amicis omnibus gra
tificemur. Expecto nunc breue saltem abste epistolam ut citra om
nes vigentis occupationes tuas seuissimasque necessitatis leges
reddas ex scripto mihi tantillum amoris tui ut sciam an amicitia
nostra satis adhuc firma sit: ac ut prius solide perseverans.
Quam enim id mihi affirmaverit Rusticus noster placentinus
ex litteris suis nuper ad me delatis: cupio tamen ex rescripto tuo
quasi singrapho amorem nostrum mutuam pristinamque beneuolen
tiam et litterariam necessitudinem instaurari. Reservo namque the
sauri instar epistolam: tuam quam ad me misisti ex lotharingie nan
tio oppido sed quia secundas ad te litteras direxi: cuperem imo
ardesco hoc scire abste an illas fideliter receperis cetera quidem
optime se habebunt omnia: tantum tu mihi nuntia utrum secun
dam epistolam hanc nostram acceperis quam responsoriam epi
stole tue iterum in lotharingiam ad te misi: et an huic tu secunde
epistole responsionem ad me postea dederis. Quod si scribes: scri
bito mihi per hunc ipsum eundem nuntium familiarem nostrum
cui hanc ad te dedi epistolam deferendam: aut si tam cito non po
tes per ipsum ad me rescribere: scribe quum facultas dabitur di
rigesque litteras ad rusticum ipsum nostrum placentinum qui illas
ad me fideliter deferendas curabit. Rogo insuper ut si iam absol
uisti concinnasti que symphoniam illam inter Platonem et Aristote
lem (sicut tu tam pridem pollicitus es mihi) vntus me voluminis
participem impresentiarum facias. Vale iam memor nostri semp
iucundissime mi Simphoriane: et ama. Ex edibus nostris solis
tis. S. Tertio decimo kalendas februarias. 1516. Post scripta:
si contingat videre illum diuinum pientissimumque Fabrum no
strum et Karolum berillum eius Alunum: aut ad eos scribere con
tingerit Rogo ipsos saluta nomine meo: meque illis quoad pote
ris officiosissime comendabis. Iterum Vale.

Symphorianus Champerius suo Tremo
leto Consiliario ac medico Regio: omnigene
philosophie ac Medicine instauratori clariss
mo. S. I. D. D.



Alenus cum in ceteris libris om
nes medicine auctores vicerit in ar
te parua quam nostri Regni appel
lant ipse se vicit. Nam. xiiij. de inge
nio sanitatis voluminibus explicis
tis: primum omnes medicine aucto
res: deinde Erasistratum et Ascle
piadem et Dyoclem: et ad extremū
Theophilum quem Rome inuenisse se scribit: ita magnifice: ap
teq; expugnauit: vt inde mihi videatur (quod Hieronymus
de Origene scribit) in eo completum esse quod dicitur. In
troduxit me rex in cubiculum suum. Itaq; hos tres Regni
libros: quos in morem quotidiani eloqui; paruulis adhuc la
tentibus composuit: fideliter magis quam ornate interpre
tatus sum gustum tibi sensuum eius: non cibum offerens.
Tu vir clarissime Petre Tremolete quem Theophili sectato
res omnes contremiscunt: et si fas sit dicere tremiscunt ani
maduertat quanti sint libri Regni estimandi: q; virtute ma
gni sunt: cuz sic possint placere q; parui sunt. Vale et vt soles
Symphoniace nos ames.

C Simphorianus champertus seu campegius. Celta Galliarum copo belga cōsiliario ac medico regio necnō ⁊ omni phie ac grece lingue instauratori clarissimo iuxta Apuleiū platonicum pro se oia prima. more vero platonis. bene agere. ⁊ iuxta Celta- rum philosophos atq; latine scribentium. S.



Iam pridem tuo sermoni de Galeno frequenti lit- teratorum confessu guillarme clarissime non inuitus interfui. Quum minime pretextatis (vt ita dicam) lau- dibus homines celebrares adeoq; in arcem euasisti vt nemo sane (mea sententia) eum cumulatius laudare potuerit. Vox inde secedens diu hec omnia mecum animo voluptabam. vnde tanta confluere laudationis abundantia: vnde tanta non vulgaris observatio emanaret: vnde deniq; amicitia adeo perfe- cta exoriretur. proculdubio non aliunde mecum tandem collegi: q̃ ex preclare eius virtutis nomine proficisci. cuius quidem vis magna ⁊ prepotens est. Quamobrem non possum profecto non suspicere ingentium tuum amabile: tuumq; animū virtutibus ful- tum diligentius non admirari qui neq; ambitione: neq; inuidia: neq; aliquo alio liuore deuincitur. Siquidem omnes quas mere- tur Galenus noster laudes non transis silentio immo ad altas ipsas cumulandas ob eius incredibilem eloquentiam singula- remq; doctrinam vltro accedis: idq; haud ab re: quum princeps omnium medicorum merito sit habeatur. Et vt hec clarioza luce non officiis gratia aut temere dicatur quotidie quodāmodo alt- qua eius laborum monumenta existere videmus: que vndiq; per- fecta verborum ⁊ sententiarum concinnitate perspicacissimiq; sententijs scatēt: nam modo dicam de Regni libris. in quo per- spicua ac insignis eius ingentis amenitas: non absq; laude ma- xima redundare videtur. Quare non vereor: vt is remisso cufus- cunq; animo pessum eat Galenoq; (absit inuidia verbo) omniū q̃ iocundissimo detrahatur. Qui ⁊ te ⁊ me ob tantī eius no- minis celebritatem nulla vnq; in re de futuros esse liquido con- stabit. Vale.

Coratiſſima ex tempore habita a Ruſſico Placētino pro cele-
bratiſſimo doctore ⁊ aurato equite benemerito ac Illuſtriſſimi
Ducis Calabrum ⁊ Rothoringorum medico primario domino
Simphoriano Chāperio : ſiue Cāpegio in introitu venerandi
collegij artiſtarum ⁊ medicorum Papienſium.



Audete patres optimi ⁊ iterū atq; iterū gaudete et
exultate q; noīa veſtra in toto orbe ſunt conſcripta.
Gaudete primo ⁊ exultate q; poſt pene infinitos tē-
mores ac tremores qui multis tam annis euenerūt ⁊
nobis vincula mortis preterūt aduenerit inuictiſſim⁹
⁊ chriſtianiſſim⁹ Frāciſc⁹ francoꝝ Rex ac Dux noſter qui ab ocu-
lis nris omnē lachrymā abſterget ita vt apli⁹ nō erit neq; lutus
neq; clamor neq; vll⁹ dolor qm̄ priora trāſierūt. Nō eſurtem⁹ am-
plius neq; ſititem⁹ iuſticiā q̄ in p̄ia nra ſupreme obſeruabit : neq;
cader ſup nos ſol neq; eſt⁹ aliquoz q̄ nos poſſint opprimere qm̄
priora trāſierūt. ⁊ noua fiēt oīa. Gaudete ſecūdoꝝ exultate q; ad
nos venerit Simphorian⁹ Chāperi⁹ vir inter doctos doctiſſim⁹
inter doctiſſimos excellētīſſim⁹ inter excellētīſſimos emīnētīſſi-
mus q; p̄ia ⁊ gñe nobilis p̄tute nobilior : ſcia ⁊ doctrina eſt no-
biſſim⁹. Nobilis eſt Simphorian⁹ noſter : origine delphinēſis :
natiuitate lugdunēſis : gñe chāperius. Ab h̄ em̄ antiq̄ſſimo ⁊ no-
biſſimo Cāpo cui cultura adhibet : ⁊ excolit ſcia deſcenderūt vt
noſtris campegi Bononie nobiliſſimi : ex qb⁹ vt pro tpis breuita-
te alios taceā aliqñ vidīſtis excellētīſſimū. J. A. monarchā Joā-
nem Cāpegiū in h̄ ticinēſi gymnaſio primā cathedrā in legibus
obtinētē. Cuius fili⁹ reuerēdiſſim⁹ eps primū pro Julio pōtifice
maximo apd̄ ceſareā maieltatē nūc p̄ leone decio pōtifice maxio
apd̄ inuictiſſimū ⁊ xp̄ianiſſimū Frāciſcū galloꝝ regē ⁊ ducē nrm̄
incl̄y tū orator fuit ac eſt acceptiſſim⁹. Ab h̄ apliſſimo Cāperloꝝ
gñe originē habuerit Cāpiſſi ciues Papie primarij iter q; alijs
p̄ tpis rōne obmiſſiſhētis excellētīſſimū ceſarij ac pōtificij iuris
doctorem xp̄ophoꝝ cāpiſiū q̄ ſub inuictiſſimo Ludouico galloꝝ
rege offō p̄toris i ciuitate Mediolani p̄ qnq; ānos funct⁹ i ſūma
habr⁹ eſt veneratiōe : q̄ p̄fati reuerēdiſſimi ep̄l Cāpegij ciuitatis
Placētie gubernatoris vices gerēs in ſūmo habitus eſt honore :
Cul⁹ fili⁹ a tāto p̄re nō degenērās legib⁹ ac ſacris canonib⁹ inſu-
dans maxime expectatiōis hui⁹ ſue familie famā augebit. Nobi-
lior eſt Simphorian⁹ noſter p̄tute q̄ primū in apliſſimo Pariſiē-
ſi ſtudio in liberalib⁹ artibus eſt eruditus : dehinc in ſamatiſſimo
montis veſulani gymnaſio in ſacraſſima medicina edoctus :
poſtea lugdunī in praxi ſciētifice exercitat⁹ ab Illuſtriſſimo La

labrum ac Lotharingorum duce infidissimū ac primariū etus me-
dicum est electus. Hic in expeditōe cōtra venetos a Ludouico
christianissimo galloꝝ Rege et Mediolani duce ductus in mari-
ma apud omnes habitus est veneratiōe. Is post septē annos cū
prefato Calabriū ac Lothoringorū principe in expeditiōe con-
tra heluetios alpes transiit et cū ipso velut Aristoteles cū ale-
xandro talem se gessit vt ab ipso eques auratus iure merito fue-
rit creatus. Nobilissimus est Simphorianus noster sciētia atq;
doctrina qui tot iam cōposuit libros in vtrāq; dyalectice parte in
omni philosophie genere in omnes medicīne partes: vt in breui
tēporis spacio non potuerint eorū noīa memoriē mandari: quos
apud calchographos magna ex parte impressos videre potes-
sis. Gaudere tertio et exultate q̃ Simphorian⁹ noster ad bene-
dicendū natus tantū apud vltromontanos dignitatē excellentiā
ac humanitatē vřaz predicabit vt plures solito et plures q̃ cre-
datis ad vos venire faciet: qui a vobis edocti et postea honorifi-
ce laureati maximo cū honore vřo ac cōmodo leri et honorati ad
propria remeabunt. Sit itaq; sanctissime ac indiuidue trinitati
laus honor et gloria et beatissimis martyribus Dionisio Eleute-
rio et Rustico quorū hodie festa celebramus qui a pōtifice roma-
no ad ciuitatē Parisiū missi maximā galloꝝ partē ad christi fidē
cōuerterūt ab alijs vero qui fidē christi recipere noluerūt gladio
aīaduersi coronā martyrii reportarūt. Sit et Simphoriano nřo
cōdignus honor qui elegāti corpis forma decorus et oīū bonarū
disciplinaz peritiā aīo speciosus ad nos veniēs oīū nostrū
aīum in suum cōuertit amorē ita vt quisquid a nobis optauerit
facile obtinuerit. Dignū igit et iustū est vt hic vir toto orbe famas-
tissimus in venerandū hoc nřm acceptē collegiū et huic dignissi-
mo ordini nřo aggreget et vti frater et pater noster reputet. Sur-
ge igit doctor celeberrime et a spectatissimo collegiū nostri prioz
re destinatum quo dignus es locum accipe.

¶ Verba spectatissimi priozis collegiū.

¶ Veni gēma fulg' d i. Veni margarita preciosa cuius vxor est
margarita speciosa. Veni frater et pater noster et supremus in col-
legio nostro digneris accipere locum tanto viro conuenientem:
tibi em̃ plus debem⁹ q̃ tu pro innata humanitate tuo nobis de-
bere credisti. Sis felix sisq; huius tui collegiū doctorumq; omnīū
memor qui tui nunq; obliuiscuntur.



A nomine dñi amē. Anno natiuitatis eiusdē Mil-
lesimo quingētesimo q̃ntodécimo indictione ter-
tia die nono mensis octobris hora vespertinā in ci-
uitate papie videlicet in aula magna palatii ep̃

scopalis porte Pertusij parochie sancti Georgij in fornarolo :
Ibiq; in mei notarij et testium infrascriptorum presentia . Cons-
uocato et congregato venerabili collegio . D. doctorum artistar-
um et medicorum Papie de mandato et impositione egregij ar-
tium et medicine doctoris domini magistrj Augustini de Lege
viceprioris dicti collegij pro infrascripto negotio specialiter
peragendo . In quo quidem collegio fuit et est prefatus Domi-
nus viceprior et cum eo et penes eum egregij artium et medicis-
ne doctores domini magistrj : Regulus de Lampise : Baptista
de Belbello : Gyselus de Lusinolis : Mattheus de Lurte :
Blasius de Lignolis : Claudius de Astarijs : Franciscus de
Canibus : Paulus de Tricio : Petrus Antonius de Paraz-
tis : Aluysius de Marchisij : Johannes Angelus de Landul-
phis : Aluysius de Berris : Anthonius Georgius de cani-
bus : et Johannes Baptista de Landulphis facientes et res-
presentantes maiorem et saniozem partem collegij artium et me-
dicine doctorum ciuitatis Papie : Asserentes et affirmantes se
ipsos nomine totius collegij principaliter particulariterq; etia;
ad eorum omnium aures et noticiam perfectam omnimodamq;
intelligentia deuenisse de virtutibus summa scz integritate scien-
tiaq; eminetissima et singulari in multiplici disciplina solenissimi
equitis aurati dñi Simphoriani Chaperij Lugdunensis nobilis-
simi artium et medicine doctoris celeberrimi ob cuius in omni lit-
terarum disciplina cum in theorica tum in pratica digestiua acu-
men ingenij et facundia singularē moreq; castissimos ab Illustri-
simo Calabrii barrensiū et Lotharingorū duce pro phisico prima-
rio electus et approbatus est . Non ignorātes etiā vt pfitentē et no-
tissimū est ipm dñm Simphorianū ab eodē Illustriissimo duce in
expeditiōe quā sub christianissimo et serenissimo Francoꝝ Rege
Frācisco Mediolanico duce tam peroptato cōtra heluetios ha-
buit equestrē dignitatis ordinē condignū optimūq; suarū virtus-
tum premium percepisse manifesta quoq; volumina ab ipso dño
Simphoriano edita seipsos doctores habere approbātes : vides-
licet viaticū logices : Ianua phisices : Introductiōes ī tegni Sa-
leni . De corporis et aie morbis . De errorib⁹ mahomethi . De qua-
druplici vita : Tropheū galloꝝ : Philosophia platonica : Theolo-
gia orphica : Epithomata in Salenū : Rosa gallica de regimine
sanitatis : De morbis particularibus : Simphonia interpretatōe
et Aristotelē Salenum et Ihypocratez : Annotatiōes in Salenuz
Auicenam et conciliatorem : Paradoxa in tegni Saleni : Periar-
chon de principiis platonicarum disciplinarum : Voluminaq; mi-
rabiliū diuinorum et humanorum . Que omnia quia a summi

ingenis fonte p̄dita sunt quotidie p̄ manibus habere ingenue sa-
tentur: extollūtq; z laudāt optima eius z singularia in praxi vi-
be in ista ticinensi peracta. Ideo doctores ipsi vt supra collegia-
liter congregati id qđ rarissime apud eos peractum est vel forte
nunq; contingit non conciuem in eorū collegio doctorum admī-
sisse. Nūc tamē attēta, ipsi domini Simphoriani singulari z mul-
tiplici doctrina: ipm in eorundē doctorum collegio cōnumerare
z aggregare curarūt: existimātes ipm nō min⁹ ipsi collegio q̄ ip-
sum collegium sibi ornamēto fore. Sponte ergo voluntarie z ex
certa scientia ac omni meliori via modo cā z forma z aliter quo-
modo cūq; z qualitercūq; dici z excogitari possit p̄fatus domi-
nus viceprior cum alijs dominis vt supra collegialiter specialiterq;
z vnanimiter cōgregatis p̄fatum dñm Simphorianū an-
numerarunt cōgregarūt receperunt z admissērunt anumerantq;
aggregant recipiūt z admittunt in ipso doctorū sacratissime me-
dicine collegio: z hoc ipso domino Simphoriano prius de hoc
monito z requisito ibidem in collegio ipso presente audiente z in-
telligente ac acceptante z consentiente. Sponte z omni meliori
modo vt supra: prius tamen per p̄fatum dñm vicepriorē ipsi do-
mino Simphoriano delato z per ipsum p̄stito iuramēto in ma-
nibus p̄fati domini viceprioris nomine dicti collegij ad sancta
dei euangelia manibus suis scripturis corporaliter tactis de ser-
nandis statutis z cōsuetudinibus ipsius collegij z in omnibus z
per omnia prout iurari requiritur ex forma statutorū dicti colle-
gij: z inde per ipsum dominū. Simphorianū habitis condignis
gratiarum actionibus de tanta tanq; speciali gratia specialiq;
z singulari priuilegio. De p̄dictis omnibus vt supra sic gestis et
expositis p̄fatus dñs viceprior cum p̄fatis dominis doctori-
bus z ipse dominus Simphorianus iusserunt z rogauerunt ac
tubent z rogant per me notarium infrascriptū debere confici pu-
blicū instrumētum presentibus Symone z Nicola fratribus de
garaldis filiis quondā Petri bidelis generalibus inde testibus
notis z idoneis ad p̄missa specialiter habitis vocatis z rogatis.

Ego Johānes maria de lege filius quōdā domini Ludouici
publicus Papiensis apostolica z imperiali auctoritatibus no-
tarius: ac notarius vniuersitatis artistarum z medicorum ciuita-
tis Papie sup̄ascriptum instrumentum rogatus tradidi: meq;
in fidem z testimonium p̄missorum cum appositione mei soliti
signi tabellionatus subscripsi.

Symphoriani Champerei siue Campegi in artem par-
uam Galeni: cum modo inueniendi subiecta doctrinarum
et ordinem
Isagoge.

Prefatio eiusdem domini Symphoriani:
super Isagogas primi libri Microtegni ma-
gni Galeni.



Cum in libro magni Galeni quem micros-
tegni appellant geminam experirer diffi-
cultatem. Unam scilicet. Alteram sententie.
ne tam preciosos nature thesauros duplex
spelunca sepeliret. studui quedam compen-
diosa extractione: sensum quem in ipso libro
quibus vigilijs: quo labore per aliquos menses conceperam scilicet
cui exprimere: prout scilicet videbam permittere: aliqua interse-
rens dilucidationis gratia non valde plura. Porro ad exhau-
riendam primi libri profunditatem isagogas in eundem pro parte trans-
taui. vita comite diligentius completurus: ipso aspirante qui re-
uelat profunda de tenebris: noue Laurétiani translationi innis-
tens. Utrum autem he isagoge superuacue sint an utiles discerne-
re poterit qui illas cum textu libri tegni et explanationibus et pa-
radoxis nostris diligenter contulerit. Quauis arbitror huius do-
ctrine et maxime huius microtegni medullas. mortalium nemi-
nem audiendo: legendo: studendo percipere: nisi librum Galeni de de-
monstratione plegerit. quem si fortasse iuuenes habere non possunt.
legant cathedras nostras in Galeni opera: in quibus
medulam demonstrationum Galeni reperient. quas nemo
rideat donec perlegerit. quia ex omnium de demonstratione li-
brorum collatione sciet singulorum intelligentiam.

Quod omnis doctrina vel a deo est infusa:
vel more humano acquisita. Cap. primum.

a b

Aureli⁹
augusti.



Itaque ergo de triplici doctrinarum ordine et modo
inueniendi subiecta distincte tractemus. Congruum
est ut doctrinam diuidamus. Duo enim sunt genera
scientiarum quae in hominibus reperiuntur unum a deo imme-
diate vel angelo quod hebrei Cabala nuncuparunt
nos autem receptionem appellamus. Alterum ab homine quod (ut aiunt)
actio est doctoris in discipulum. Primum infusus. Secundus per exer-
citiū et disciplinam inuētū. De primo gratie diuus Augustinus
in prologo de doctrina christiana ponit duo exempla. Primum est
de sancto Antonio et probato viro egyptio monacho: qui sine omni
(inquit) scientia litterarum scripturas diuinas oratione memoriter audiendo
tenuisse et prudenter cogitando intellexisse. Secundum exemplum est de
seruo illo barbaro christiano de quo a grauissimis et fide dignis-
simis accepimus (inquit) quod litteras nullo docente homine in plenam
noticiam orando ut sibi reuelarentur accepit: triduanis precibus im-
petrans ut codicem oblatum stupentibus qui aderant legendo percurreret
Et ex istis duobus exemplis inferri possunt quattuor documenta. Pri-
mum est: quod deo interuallo temporis non indiget in docendo: sed illo per
subito infundere immediate potest: quod potest aliquis per multa tempora ac-
quiere: quod sit in re fuit in istis duobus viris. Secundum: quod noticia diui-
narum scripturarum acquiri memoriter retinendo et cogitando pru-
denter et sine doctore: quod (ut inquit) ita didiscit beatus antonius. Ter-
tium: quod noticia diuinarum scripturarum impetratur maxime in deuota
et plura oratione. nam modo isto seruus ille barbarus impetrauit precibus
triduanis. Quartum quod scientia diuinarum scripturarum in viris sanctis non est
impedita virtutis sed promouenda: quod si sit secundum viros sancti sicut isti fue-
runt cum tanta instantia apud deum per talium reuelationem non postulasset.

De doctrina humanitus acquisita. Cap. ij.



Acet deus singulos homines posset per angelos edo-
cere: tamen instituit: ut homines se mutuo doceant. Con-
gitemus enim ipsum Paulum doctorem gentium: legimus diui-
na et celesti voce perstratum et instructum: ad hominem
tamen missum esse ut sacramenta perciperet et copu-
laretur ecclesie. Et centurionem cornelium quantum exauditas

orationes eius elemosynasq; respectas ei angelus nūciauerit
petro tamen traditum imbuendum: per quem non solum sa-
cramenta perciperet: sed etiam quid credendum: quid sperā-
dum: quid diligendum esset audiret. Et poterant (infit Au-
gustinus) utiq; omnia per angelum fieri: sed abiecta esset hu-
mana conditio: si per homines hominibus verbum suum
deus ministrare nolle videretur. Quomodo enim verū esset
qđ dictum est. Templum enim dei sanctum est qđ estis vos
si deus de humano templo responsa non redderet: et totum
quod discendum hominibus tradi vellet de celo atq; per an-
gelos personaret. Nonne cum moyse deus loquebatur: et ta-
men consiliū regendi atq; administrādi tam magni populi
a socero suo alienigena scz homine: et maxime prouidus et mi-
nime superbus accepit: Mouerat enim ille vir ex quacūq; aīa
verum cōsiliū pcessisset: non ei: sed illi qui est veritas incō-
mutabili deo tribuendum esse. licet ergo deus singulos ho-
mines posset per angelos edocere: tamen instituit vt hoīes
se mutuo edoceāt vt ipsa (vt infit Augustin⁹) charitas habe-
at aditū refundendorū inuicē aīorū. qđ declarat duplici exē-
plo. Primus est: qz spadonē illū in actibus apud lucam non
edocuit angelus diuino oraculo: sed philippus. Secundum
exemplū: qz Moyses vt dictū est a socero suo alienigena cuz
esset homo prouidus: consiliū accepit regēdi populum.

De triplici ordine doctrinarū humani-
tus inuentarum. Caput. iij.



Res sunt oēs doctrine ordinem subsequētes:
nec plures: prima ex finis cognitione per re-
solutionem efficitur. secūda ex inuentorū per re-
solutionē cōpositiōe. Tertia ex diffinitōis dis-
solutione. Quod vt clarius occurrat. Tot ordinarias disci-
plinas esse scito: qđ demonstrationū inuenere gñā auctores
medici. Quomodo notauit Auerrobus secūdo pbyficorum
xij. cōmento. Tres demonstrationū existere modos scribēs

Raymū

Demon-
stratio q?

Demon-
stratio p
pter qd.

Demon-
stratio p
eqparen-
tiam siue
simplr di-
cta.

Quiavidelicet: Propter quid. Et simpliciter quā Raymū
dus per equiparātiā appellat. Demonstratio quia illa fer-
tur: que per propriū: immediatūq; effectum: seu per remo-
tas causas cognoscere facit: vt apud Aristotelē (posteriorū
primo) planum sit. Demonstratione propter quid causa da-
tur esse minime: quales trite feruntur que naturalis philoso-
phie: et galeni doctrine demonstrationes. Est enim sensu liqui-
dum: passionem subiecto inesse. Quāq; non clarum sit: pro-
pter quid illa suppositio inest. Cognoscimus profecto omni-
seclusa demonstratione: Eclipsim lunam pati: ipsiq; inesse
lune. nec tamen accipimus: qua occasione tenebre ille lune in-
sint ni forte demonstratione ostendatur. Illa igitur (qua in-
telligimus ob quid luna sic eclipsetur) demonstratio: illam
nos scire causam facit tantū: que tamen non docet eclipsim
lune inesse. qđ ante ipsam sensu perceptū erat demonstratio
nem. Simpliciter: et causa simul monstratur: et esse: prout scrip-
tum reliquit Auerrois in prologo auditus phisici. Illa
igitur causam dare et esse fertur a medicis: que passionis in
subiecto inuentionem simul cum inuentionis sue causa donat.
Quales mathesis demonstrationes esse aiunt. Ille enī ne-
dum passiones supposito inesse. Sed etiam propter quid
sic insint demonstrat. Sicut in geometria simpliciter pureq;
ostenditur: triangulū tres habere angulos. Sic vt eq; primo
illa sciat demonstratiua sillogisatione (q; tres hēre angulos
trianguli sit) Et causam obquā tres habere angulos sit trian-
guli. Que tres demonstrandi maneries: ab auerroy: alijsq; ex
nostris qbusdā enumerate sunt. ordinē imitātes discipline.

Quorūdam opinio de tribus galeni ordinarijs
disciplinis. Caput. iij.

A

Apud galenum tres sunt ordinem imitantes di-
scipline. Quarum be bine sunt nostrorum quorū-
piam medicorum cōclusiones. Prior. Si ordina-
rium proprius auditur tres sunt ordinarie doctri-

ne. Resolutiua videlicet: cōpositiua: et diffinitiuā: ad hanc intellectionem: q̄ nulla ordinaria nomināda sit: que harum non sit aliqua denominabilis posterior. Et si tres tales sint doctrine. Prīmū tamen ordinaria censenda existit cōpositiua: dehinc resolutiua: et tandem diffinitiuā. Etenim completior ordo in cōpositiua (que propter quid extat) reperitur q̄ in resolutiua. Similiter euidentior resolutiua sit: q̄ diffinitiuā. Quāuis nōnulli has refellant ppositiones. Galenū aientes doctrine diffinitiuē nomine nō illam intellexisse doctrinam: qualem inter diffinitionē esse et diffinitum fatentur. Verum per doctrinā diffinitiuā doctrinam voluisse: diffinitionis positiuā. Diuisiuā deinde eiusdem. Ac demū partiū explanatiuā. Inter cuius partes hęc essentialis generalisq̄ non interuenit ordo. Nullam enim cōperiunt essentialē: diuisionis ad explanationem: vel ediuerso ab explanatione ad diuisionē habitudine. Eiq̄ ppterea hac vnica suas partes fulciunt propositione. Omnis doctrina ordinaria cōpositiua existit: vel resolutiua. Quam sic deducunt. Illa vnica doctrina ordinaria sit: qua quesitū extrahitur necessario. Sed hoc tantū resolutiua ac cōpositiua sit doctrinis. Sunt igitur sole ille ordinarie. Sequela: maiorq̄ note sunt. minorem fancimus: quoniā quesitum sola sua: immediataq̄ extrahitur causa: si eam habuerit: vel solo eius peculiari: immediatoq̄ effectu. Prīmū autē doctrina perficitur cōpositiua. Resolutiua vero secundū. Sole ille igitur ordinarie sunt.

Improbatio hā
rū cōclus
sionum.

Propositio q̄ isti
fulciūt.

Trusiani et consiliatoris de tribus doctrinis
opiniones. Caput. v.



Nonnulli galeni interpretes cōpositiuā doctrinā demonstrationem esse quia autumant: vt Trusianus cartusienfis vir acri ingenio. Resolutiuā autem propter quid. Ceteri de quorum numero petrus aponensis vir magne sed nōnūq̄ temerarie nimieq̄ audacis (vt ita dixeris) doctrine extat: ceteriq̄

ab iij

Exemplum
pro trusiano
non resolu-
tione.

Exemplum
compositi-
onis pro eo-
dem.

Exemplum
doctrinae
resolutionis
pro consiliatore
et patavio.

Exemplum
propositi-
onis consili-
atorum.

patavini: per compositionem illam quae propter quid audiri volunt.
Resolutionem vero illam quae quod est. pro cuius ampliori intelligentia
hoc planum sit pro Trusiano exemplum. Aliud pro Consiliatore
ac ceteris consequenter posituri. Proposita hac ambigua pro-
positione. An plato febre laboraret: medium ad huius ostensionem
sufficiens assumat: putridus humor: platonis cor accidenta-
rio accendens calore. Dehinc si dubium sit: ob quid hic humor
in platone existit. Medium habes prohibita transpiratione: qua
superfluentes fumi retinentur. Quod si adhuc supersit queren-
dum: qua occasione hec sit prohibita transpiratio. Medium mox
reperies: in existentem opilationem. Cuius causam etiam percuncta-
ti: medium occurrit: humorum plurimum phlegmaticorum: digestionis
lesione excretorum: adsentia. Cuius rei adhuc habes medium
amplius quod digerere valeat appetitus. Item huiusmodi quae-
si causae medium reperies: frigidam stomachi malam complexionem.
Quod postremum medium (exempli gratia) causa sit immediata:
qua cognita reliquae sunt clare. Incedimus igitur in medio-
rum venatione: continue resoluendo. Quod si ediverso incedere de-
lectet. proposita hac dubietate: plato ne mala frigida stomachi
complexione egre habet. Operies medium: cum amplius quod conco-
quat appetere. Iterum si percuteris. An plus appetat: medium
loco hunc effectum habes: quod multis tenacibus abundat hu-
moribus. Reperies item opilationes. Et sic continuo ad febrem
usque gradiendo: componendo in medium inventionem. Ex quibus
planum sit: cum hic causas prius dissolutione copertas composui-
mus compositionem inventorum per resolutionem composi-
tione fieri. Aliud pro Consiliatore ac sequacibus ordine formali
sillogistico hoc pacto: plato febrem habet igitur humorem pu-
tridum. Quem si habuerit: fuit igitur transpiratio prohibita.
Ac in ceteris similiter: quo ad usque primam attingamus cau-
sam: quae est processus resolutionis et quia. Ediverso vero sic
sillogisandum est. Mala frigida stomachi complexione laborat
plato. Amplius igitur est appetens quod concoquat. Item plus de-
siderat. Excrescunt igitur humores multi: viscosique. insuper

exerescunt: idcirco patitur opilationes. Sicq; deinceps ad se
bres vsq; cōpositiue: deducendo. inde modus clarescit: quo
nos causas cōponamus dissolutione venatas.

Quorūdam aliorum opinio de triplici
doctrinarum ordine. Caput. vi.



Falere autē nōnulli galeni amatores dicētes fillo
gisandi artē esse que modū quo sciētia cōstrui
inuenit. quā merito non scientiā: sed modū sciē
di Aristoteles metaphisice. ij. vocat: cuius in
uentio vt aliarū artium: non nisi resolutiue ex
est: et videmus incisionem eius tam fieri debere, propter rem cum incisionem eius ex loco saluo: et proscimus ipsum cum toto membro cor

Melior rupte complexione: et fortassis indigemus in quibusdam ulceribus medicorum cauterio cum igne. Et melior medicorum est qui potest curare ulce est qui cura corrodetur cum medicinis: que faciunt illud quod facit incisio curat cum me ferro aut cauterio cum igne in hoc enim apparet prudentis medici dicinis et operatio super imprudenter: et propter illud dicitur Galenus. medicinas in istis ul sine cante ceribus et tacuit de incisione eorum cum ferro aut cauterio et igne. rio.

De curatione figmenti

Caput. ix.



Defigmento deinceps agendum est: quod in plures differentias secari potest. Sed ab euidenti incipiendum est: quod ex figure mutatione efficitur. Corpus igitur si increseat figura multarum partium corrigi potest: si increvit emendari ulterius non potest. Intentio autem in his: que curari possunt: in diuersum adducit distortio. Quod si fractura non recte explanata alicuius membri figura peccet contracto iam poro. id est. tophe lapide. Si preterea porus. id est. tophe lapis reces fuerit: effringendo rursus recte fingere: deinde inducere porum. id est. tophe lapidem operis. infartio propterea habet genus morbi continetur. Ubi igitur ab humore crasso: ac glutinoso efficiatur vna habet intentionem triam affectio: intelligo infartionem. Causa autem sana detergens: atque incidens medicamentum existit. ubi a stercore duro efficiatur opilatio intestino. In primis quidem habebit duricie emendationem ex humido ac pingui clysteri deinde euacuationem ex acriori. Ubi vero a calculo in vesica efficiatur tantisper propellendus est. Gratia vero omnimode curationis: ex incisione conuellendus. Ceterum humoris preter naturam contenti sanatio omnimoda euacuatione efficitur quemadmodum in purulenti. Sed immoderata repletio immoderata euacuatione discutitur: quemadmodum sanguine in venis condito. Similimodo si quibus in ventre aut intestinis: aut arteria: aut pulmone pus: aut sanguis continetur omnimoda indiget euacuatione. Quibus vero plenus cibi aut potu adhuc recetis continetur: euacuatio sanatio est.

Quaecūq; vero in iecore: aut venis: aut arteria: aut renibus: aut p vrinaz: aut per aliū euacuari cōueniet locū. Per vrinā quidem adhibitis medicamentis vebemēter extenuantibus: per aluum vero adhibitis medicamentis trahentibus: atq; aperientibus. Quaecūq; in ventre superiore continentur: vomitur: quaecūq; inferiore deiectione euacuāda sunt. Quaecūq; sub cute incidendo: perurendo aut adhibitis medicamentis perurentibus. Similimodo quaecūq; in cauo aliquo naturali conduntur velut in thorace ⁊ vt semel dicatur: eorum que preter naturam in quibusdam partibus continentur intentio sanationis sublatio est. Talia inueniuntur partim ex ipsa dispositione: sed magna ex parte ex ipsis locis affectis. Et quaecūq; preter naturam sunt ratione asperitatis ducuntur ad habitum naturalem per lenitatem. In osse quidem radendo: in arteria vero: aut lingua leuigando adhibitis humidis minime mordentibus: ac glutinosis. Porro quaecūq; recedunt a natura sua ratione lenitatis: asperitatis naturalis inducenda est ex medicamentis ad modum detergentibus ac paulum reprimentibus. Verūz quoties infartio aut angustia alijs communiter morbis hi prius curādi sunt. Ceterum in libro de morborū differētia dictū iam est: vt dicte dispositiones inflammationi ac duricie: tumoriq; ⁊ siccitati interdum immoderate: ⁊ item prauis figuris continentius corporum sepe numero comittentur: quēadmodū quibusdā tumoribus corporum que circa sunt. Quod si inuicem quidem talium morborū implicanē indicationes varias obtinebunt. Et sufficiat super vno veluti exemplo facere orationē. Nam de his omnibus libro de curandi via ⁊ ratione latius perpēsū iam est. Subijciatur ergo sanguinis multitudinem cuiusdam parti affluere: ita vt vasa in parte illa extendantur: non maiora solum: sed etiam minora: que antea effugiebant visus nunc apparentia quia repleta sint: quemadmodum in oculis perspicue cernitur interdūz propter albedinem tunicule: ac par est: vt alia vasa: que non videntur extendantur res

Liber Tertius

pleta: nondum tamen apparentia propterea q̄ exigua sunt.
Sane materia resudans ex vasis effundit: aut etiā aliquid ef-
fusum iam est ad interceptas sedes inanes. Huius igitur af-
fectio intentionem habebit euacuationez. Cumq; affectio sit
q̄ pars immoderate repleta fuerit: necesse est excrementum
euacuetur: aut recurrendo: aut per ipsam affectam partem.
¶ Recurret igitur: aut pellendo aut trabendo: aut transmittē-
do: aut aliquo horū: aut omnibus modis euacuādo. ¶ Per ip-
sam v̄o partem euacuabitur: aut perspicue: et euidenter: aut
in vapores extenuatum. Si igitur totum corpus fuerit reple-
tum per ipsum affectum locum euacuare minime conuenit.
Si enim incidendo ac secando euidenter euacuemus: inferē-
tes dolorem plus materie attrahemus propter dolorem. Si
vero calefacientibus discutere aggrediamur: trabemus per
calorem magis ad affectam partez q̄ discutiamus. Quod si
rursus libeat cogere: vt materia que fluxit recurrat: corpus
vt pote pleniū nequaq̄ admittet. At ergo ambo hec fieri pos-
sint totum corpus euacuare oportet: aut omnino auocare ad
aliū locum materiam que in partem affectaz influit: atq;
ita efficiendum vt de parte affecta prius expellatur quo fieri
potest per loca ampliora. Nam euacuatio p̄mptior est. Eua-
cuabimus autem de parte affecta: si reprimamus: aut refrige-
remus. Sed etiā loca euacuata ad se attrahūt. Idē enī in li-
bro de virib⁹ naturalib⁹ diffinitū iā ē. Et trāsmittēt vasa cor-
roborata reprimētib⁹ medicamētis. Si igit̄ cūcta ita recurrāt
res bene se bz. Si qd aut in parte remāserit: cōiiciēdū est glu-
tinosum existere: aut crassuz: pindeq; stipatum vehementer.
Quinetiā fieri pōt: vt nequaq̄ tale sit: sed ad interceptas se-
des effusuz. Id igit̄ p locū affectū euacuari necesse est adhibē-
do medicamēta repellētia. ¶ Porro euacuabis potissimū: si in
locis interceptis cōieceris aliqd cōtineri scarificādo piter: ac
discutiēdo medicamētis. Sz cū oīa medicamēta discutientia
calida virib⁹ existāt: mordēt quoties immodice calida fuerint:
cauēdū igit̄ ē animis calidis maximeq; quoties affecta pars

summoten⁹ fuerit non parā em̄ dolebit. Si locus simul fuerit affectus: ac mordeat: omnisq; dolor irritat fluctiones: modice ergo calidū sedat dolorem: maximeq; si humidus extiterit. Ceterū sufficit discutere positā summoten⁹ materiā quāq; discutiens medicamentus vehemens minime fuerit. Qd si summe partes imperpesse penitus existant. Qd aut indiget euacuatione fuerit in profundo: intendere: atq; augere oportet discutientis medicamenti caliditatē: q; periculū foret: ne pri⁹ exolueretur: q; iret in pfundū: nō tñ afficeret summas quas tanget ptes: utq; minime affecte sint. Quocirca ambo in idē concurrunt ad medicamenti calidioris acriorisq; vsum: cum summe partes admittāt: ac pfunde indigeāt. Hanc itaq; expositione durū⁹ indicationē. Deinceps cōsideremus si qd restet ad curationē. Videntē em̄ nō pauca arrestare affectarū partū in quibus est excrementū fluctionis. Quedā ergo partes rare: laxeq;: et molles natura sunt: alie dense: et astrictae: ac dure. Priores ergo facile euacuātur: alie acriorib⁹ egēt euacuanti⁹. Itē tenuiorib⁹: ac multo magis id fieri debz: vbi in profundo ponunt. Atq; hec rursus alia indicatio erit a substantia affecte ptis: alia ducit a figmēto simul ac positione. Subijciat em̄ in iecore pdictā esse dispositionē in angustis finibus vasorū stipatis hūoribus: aut glutinosus: aut crassis: aut multis: nōne pmp̄tū erit esculētis: ac poculētis extenuatib⁹. Crassitudine qdē in p̄mis simul cū lentore facere tenuiorem: mox nō p̄ inuisibiles: atq; āgustas vias: s; āplas materiā no cuaz euacuare. Ampliores em̄ i iecore vene quēadmodū plurime sunt: ac desinūt he in gibbo ad venā cauā: ille in simo ad portā. Quocirca facilimū erit vtrouis loco stipent humores pmp̄te euacuār trahēdo i vētrē hūores qcuq; i simo: p urinā vō qcuq; i gibbo dant. Ceterū alia idicatio ducit a iecore: cū sit initū venarū: cū ei nō seipz solū quēadmodū mltē aialis ptes solēt gubernār: s; influit vires venis: piculū ē quoties phibeamus ipi⁹ firmitatē rigādo aut laxādo cataplasmatib⁹: i p̄mis iecur ipz obilitat circa actiōez: ac obiles vēas cūctas efficere:

Liber Tertius

quapropter permiscere reprimens aliquod medicamentū cū rando ipsum necesse est: sed cū profunde ad modū positum sit: periculū est ne vires medicamēti reprimētis exoluant nisi manu ducatur ab aliqua alia materia tenuiore: qualis aromatum est: ac rectius est: si ipsum reprimens medicamentū statim aroma extiterit: insitas enī habēdo duas qualitates ac vires vchemētius operabit: vbi igitur superuacu⁹ humor fuerit euacuatus: ac mēbrum habeat naturalez humorū mediocritatem: cōsiderari oportet vnde qualitatem aliquā fluctio intulerit: vt si pituitosa sit frigiditatē: si biliosa caliditatem vt hac sublata sanā partem integre efficiamus: curabimus vō contrariā imprimētes qualitatem quēadmodū dum de curatione intemperiei ageretur docuimus: quanto aliqd calidius existit tantū refrigerādo. Quo fit vt necessariū sit cognoscere naturalē ipsi⁹ tēperiē. Nam quo pacto scire possum⁹ quāto natura calidi⁹ fuerit: aut quā calefacere desinas: nō cognoscētes ei mēsurā naturalis caliditatis fieri minime pōt vt abūdes copia medicamētoꝝ calefaciētū aut calefacē desinas.

Champerij paradoxa.



Orbus qui in figura fit forma scilz quinqz habet diuersitates. Primus est qui in figura fit mēbrū vt capitis turpis ⁊ sēda positio ⁊ crurium curuitas. Secundus qui in cōcauitate fit mēbrū vt inferiora pedis si oīno extenuētur aut palmarū medium supienū fiat ⁊ non cōcauū. Tertius est qui in meatibus fit morbus ⁊ traductio nibus cuius due sunt spēs. Altera est meatuū dilatatio vt venarū que in ano sunt apertioꝝ foraminis pupille extētio. Alter a pō eorum arctatio quēadmodū ex oppressiōe accidit aut oppilatio ne. Quarta spēs est morbus qui in aspero fit: explanatio scz mēbrū qđ asperū est natura: quēadmodum ossibus accidit ⁊ matrici quū explanātur quū natura sint aspera. Quinta est que in lenitate fit asperitas quū in ea fuerit que lenia erant natura vt pulmonis canaliū exasperatio quarū est natura planas esse. ¶ Chaly rodo am. Postqz cessauit a doctrina canonū curationis solutionis p̄tinitatis: redit ad illud qđ est postremū eius ex rememoratio ne canonū curationis egritūmpū cōpositionis membrorū. ⁊ sunt

Additio
ex haly.

quattuor genera: forma: q̄titas: numerus: positio. z inceptit a ge-
nere egritudinū forme. species ei⁹ sunt egritudo que fit in figura
z egritudo que fit in gibbositate z egritudo que fit in concauita-
te: sicut opilatio: asperitas: lenitas z est manifestior mutatio figu-
re. Mēbra figurariū quorū rectificatio est possibilis sunt illa que
sunt in augmēto. ista em̄ mēbra non tendunt ad diuersitatē ptis
ad quā torta sunt z equatur eorum tortuositas: z sustentant cū
plumaceolis aut tabellis: z vene ligant z embrocant in hora so-
lutionis eorū cum aqua calida: z inungunt cum aliquo oleo cali-
do: z q̄n assiduatur illud super ea: rectificantur eorū figure torte.
Et op̄vt scias q̄ os q̄nq̄ frangitur latitudinaliter: z longitudi-
naliter: z trāuerse: z rotūde: z q̄nq̄ cadit sup̄ ip̄uz aliquid quod
contundit ipsum seu frangit ipsum faciēdo frustra in ipso: z cogi-
tatio tua culūq̄ horum est per tactum cum manu et considera-
tionem cum oculo: z studium sit in operatione. Et dicit Ga-
lenus q̄ opilatio est vna ex speciebus generis egritudinum fas-
ctarum in forma. Et superfluitas in vnoquoq̄ membrorum ges-
nerata cōcauorū est propinqua nature instrumētū eius: quod est:
q̄ superfluitas in vnoquoq̄ mēbroz est illud qd̄ superest a nutri-
mēto eius: z p̄pter hoc fit opilatio in neruis faciēs paralīsim dif-
ficilis sanationis p̄pterea q̄ nutrīmētū nerui est p̄pinquū natu-
re eius sc̄z humor grossus viscosus. Dixit Galenus ex curatione
lapidis generatū in vesica grauius est quod est vt sit signans sup̄
illud quod est ante ip̄m qd̄ est: q̄ lapis generatur in multis locis
corporis. verūtamen generatio eius in vesica est manifestior: z in
renibus similiter: z in alijs locis est occultior z rare inuentionis.
Et nos quidē curamus lapidē generatū in vesica z in renib⁹ cuz
medicinis que frangunt lapidē z faciūt ip̄m harenā: sicut vitruz
cōbustū: z lapis induratus: z cinis scorpiōis: z lapis natus in spō-
gia: z semina prouocantia vrinam: z reliqua que sunt hīs similia
z non est in omni membro nobis possibile remouere lapidem ab
orificio meatus nec secare locum z extrahere lapidem. Et opor-
tet vt consideres illud quod aggregatur in instrumētis pectoris
z si est subtile non ascendens cum tussi: in grossa illud cū medicī-
nis que faciunt illud grossum sicut amidum z decoctio sebestem
z semen papaueris z si est grossum viscosum z non tolerat ipsum
aer exterior cum tussi: subtilia ipsum: z incide ipsum si inueneris
cum oxymelle squillarico z secantabin z medicīnis que incidunt:
z subtiliant z faciunt facile sputum. Et Galenus dicit q̄ euacua-
tio saniei fit tribus modis: aut per apertiones loci: z euacuatio-
nem saniei ex eo: aut per caterizationem eius cum igne vt finiat
ignis saniem z exsiccet quod remanet ex ea: aut per medicinas

Liber Tertius

**De tribus
modis su-
perfluitatū**

comburentes et sunt ille que nominatur cauterizantes: sicut calx abluta: et arsenicum citrinum et rubeum: et sal armoniacum et que currunt hoc cursu ex medicinis comburentibus. Superfluitas est tribus modis. vna earum est superfluitas ledens qualitate sua: quando qualitas sua tantum est egrediens a natura sicut sanguis quando calefit et facit febrem ephemeram: tunc intentio in medicatio- ne eius est reducere ipsam ad complexionem suam. Et secunda est superfluitas ledens quantitate sua: et qualitate simul: et hoc genus est egrediens a natura sicut sanies quando aggregatur in quibusdam membris et est spes opilationis. Intentio ergo in hac est extrahere eam totam a corpore. Et tertia est superfluitas ledens quantitate sua tantum: si quantitas eius tantum est egrediens a natura et qualitas eius est conveniens tunc intentio est in hac extractio partis eius seu extractio quantita- tis eius addite tantum: sicut si homo comedit cibum convenientem verumtamen multitudo eius peruenit ad hoc quod stomachus non potest continere ipsum et sicut est repletio facta in venis. nam intentio in istis duobus est extractio utriusque partis. cibi quidem partis est extrac- tio per vomitum: et partis repletionis in venis est extractio per phlebotomiam. Et cognitio causarum sanitatis sumpta est a natura egritudinis pariter et natura membri significat illud quod est necessarium ex medicinis. In curatioe vero egritudinis non sufficit significatio sumpta ex natura egritudinis. Et apostema est egritudo composita ex malitia complexionis et ex quantitate et figura. et quicquid sit ab eo egritudo nominata opilatio quando apostema fit in quibusdam cavitatibus meatuum et sicut verruce. Et apostema generatur in membro secundum hunc modum quando accidit malitia complexionis in quibusdam membris: aut impellitur ad ea superfluitas ex membro fortiore eis. et quando non potest hoc membrum expellere eam a seipso stat superfluitas in eo et fit ex illa apostema in membro in vna generatione eius quod est in membro ut attrahatur ad membrum sanguis et si non est in sanguine alius alius humor vincens apostema generatur san- guineus et dicitur phlegmon: et si est vicis colera generatur herisipila et si melancholia generatur apostema durum: et si phlegma generatur apostema molle: et si colera nigra adusta vehementer adustio generatur cancer: et si sanguis grossus phlegmaticus vehementer adustio generatur apostema dictum carbo et carbunculus et antrax osiracu aut testem. Et curatio apostematis sunt due viae. vna earum est generatio prohibitorum illud fit ante complemendum eius generationis: et altera est digestio eius post complem- tum generationis. Et medicinae calefacientes intrinsece sunt calidiores me- dicinae calefacientibus extrinsece. Et quando membra magis spissa dura et in pseudo tanto fortioribus indigent medicinis. et medicatio cibi et potus est melior medicatioe que est cum medicinis. Medicinae vero resoluentes non sunt supra membra principalia ponende nisi cum stipticis misceantur. et

**Quo ge-
neratur
apostema.**

necessariū ē medico cognoscere plexionē nālē cutuscūq; mēbrū.

De morbo numeri.

Caput. x.



Ed cum de his abūde dictum sit tēpus est: vt ad egritudines numeri veniamus. Cūq; duplex earū differētia sit: in quibus pars quepiāz deest: eam efficere intentio est: subseruiendo .s. nature quō antea diffinitū iam est. In quibus exuperat eam excidere vel gladio vel igne: vel medicamento perurente propositū est. Cuncta igif hec fere sanare possibile est. Cuncta autē gignere impossibile est: quēadmodum libro de semine docuimus. Quedā vō r si ea impossibile est gignere possibile tamē est aliquid alterum facere. Ergo loco eius substantiā aliam efficere possibile est: vt in quibus pars quepiam ossis integre sublata est: substantiam alteraz loco eius dissidentem ab osse: carneq;. Que vō loco eius gignit substantia caro est. Tophi lapidis institutiōe cōsistens: aut topbus lapis carnis institutiōe cōsistens: ac tpe pcedente topbo lapidi simillima efficit. Inter initia vō carni subfimilis poti⁹ habet. Ceterū quauis parte sublata: neq; eandē substantiam fm speciē: neq; similē efficere possumus. Tertia intētio bonestamētū quoddā inuenit: vt in māsīs. At hoc genus eādē cū quātitate inīt rōnē. Qd em̄ circa nature dispositionē versat: illi ppinquat. Qd aut genere pter naturā est: illi tātūmō dissidet: in quo prima quidē intētio sublatio est. Si vō impossibilis sit: sequēs est: vt trāsserat: quēadmodū p suffusiones. Porro quecūq; nō in totis partibus: sed partibus partiūz desūt: aut exuperāt: si desint reficiēda sūt gñatiōe: si exuperant excidēda: auferēdaq; sunt. Ita fit vt neq; alia intentio: neq; spēs alia medicamētoz genere sit. Sed ad aliud cārū salutarīū gen⁹ eundū est: qd positionis impedimēta emēdat: vt luxationes intestinorū ac testīū: he fiūt aut q; violēter tendūtur aut pelluntur: aut q; mēbrū cōtinens laxatur: auc effringit. Quocirca curatur partim q; econtrario tenduntur: aut in diuersum pelluntur: partim quia mēbrum continens angus

Liber Tertius

stius efficiatur. Sed qua via particularia q̄s vestiget preces-
pta. libro de curādi via ⁊ oratione perpensum iam est.

Champerij paradoxa.



Orbus qui in numero sit mēbrorū ⁊ ipse duplex: aut
enim supabūdāt. ⁊ hec supabundantia aut est natu-
ralis vt digitus q̄n est adiectus: aut extranaturalis
vt varices lūbici ⁊ ascarides. lapidesq̄ in vesica fiūt
Aut est imminutio que aut erit vniuersalis vt mem-
brū alicuius incisio: aut particularis vt si digitus dactilis auferā-
tur vnus.

Additio
ex haly.
Mēbrū
additum
tribus in
genis po-
test icidi.

Exēpla
plurima
de mor-
bis in nu-
mero.

Chaly rodoā. Dixit galenus tres res incidētes mem-
brū additū scz ferrum sicut cultellū ⁊ spatūle ⁊ forfices: ⁊ cau-
terū cum medicīna adurēte vt simus facientes ex his trib⁹ illud
qđ exigit testificatio de virtute infirmi ⁊ debilitate eius: ⁊ virili-
tate ipsius ⁊ timore eius ex eo qđ exigit estimatio artificialis. In-
cisio nāq̄ mēbrorū diuersa fit sicut incisio emorroidarū: ⁊ carnis
addite scz ⁊ nate in vlcere: nos em̄ q̄nq̄ incidimus illud cū ferro:
⁊ q̄nq̄ cū igne illud incidimus ⁊ q̄nq̄ cū medicinis adurētibus
Quādoq̄ fit additio in ipsa forma ⁊ diminutio ⁊ q̄nq̄ fit post cō-
plementū forme. Ego enim vidi ex additione virū qui habebat
veretrū: ⁊ testiculus ⁊ vuluā mulieris simul: ⁊ vidi virū habentes
duo capita separata: ⁊ vidi virū cui non fuerunt ei manus et pe-
des: ⁊ vidi qui nō habebat neq̄ vuluā: nec pilapū nec testiculos ⁊
in moribus erat similis castrato ⁊ erat ei foramē minimū ex quo
mīngebat. Et iam vidi reginā quādā ⁊ nata erat intra vuluā suā
emorroidis ad longitudinē digiti indicis ⁊ eius grossitudinem ha-
bens donec phibuit virū posse cotre cū ea ⁊ vngula est etiā mem-
brū additū in oculo: ⁊ similiter emorroides mēbra addita. Et sūt
quedā mēbra addita quorū diminutio est impossibilis ⁊ multa
sunt mēbra diminuta quorū additio nō est possibilis ⁊ nō est pos-
sibile vt redeant q̄n minuitur mēbra que generant ex spermate.

De precautionē.

Caput. xj.



Equitur vt dicamus quecūq̄ in precedētem
distulimus orationē. hanc medici nomināt p̄-
cautionē. Verū triplex corporū differentia est.
Quoddā em̄ integre sanū est. Quoddā nō in-
tegre: aliqd vō egrotat. Prīmū igitur genus

sub sanitatis cōseruatione cōtineat: ac duplex est vt antea docuimus. Scdm ad precautionis vigillantiā. Tertiū ad curationis diligentia relegendur: atq; totū hoc genus in humorib⁹ potissimū cōsistit: quos minime cōuenit glutinosos esse: neq; crassos: neq; multos: neq; admodum calidos: aut frigidos: neq; mordaces: neq; putres: neq; venenosos. Increſcētes ei cāe morborū p̄sistūt. increſcūt aut interdū ab eadem cā: q̄ eos primū genuit. Et qñ se inuicē in corpore alterāt. Intētio vō sanationis horū duplex est: alteratio: auacuatioq;. Alterant̄ igit̄ aut ab ipso corpore cōcocti: aut a quibusdā medicamētis in qbus cōtinent̄ medicamina curātia venena aīaliū venenatorū. Itē medicamina venenosa pmutāt. Euacuantur aut a medicamētis admodū calidis: ac purgatiōe: et clystere: ac sudore: et vomitu. Atq; he cōmunes euacuatiōes existūt. Pro prie vō ex locis in qb⁹ colligūtur cōsistūt quēadmodū tertio et q̄to volumine de tuēda valitudine diximus dū de dispositionib⁹ laboriosis et annexis ageremus. Euacuant̄ em̄ promptius si in primis venis sint: p̄ alui: si in iecore p̄ vrinā. Si in habitu totius: p̄ sudorē: quēadmodū si in capite existāt p̄ palatū: aut nares: aut p̄ vtrūq; meatū. Si in thorace p̄ fauces simul ac tussim. Si in renibus aut vesica p̄ vrinā. Ceterū materia auocat̄ p̄miscue ab oib⁹ partib⁹. Indicatio est: vt et ad loca q̄ maxime lōginqua. Deriuat̄ vō ad loca vicina. Quēcūq; ergo curāt tales dispositiones salutare cās appellam⁹ quēadmodū q̄ augēt morbosas: ac neutras q̄cūq; nec ledūt: neq; iuuāt: ac fieri pōt vt eas ne cās qdē nominēt: quēadmodū pleriq; sophiste p̄tēnētes qdē inuestigare differētias rerū plurimū tēporis in sermonib⁹ cōterētes. Sed aduersum eos alibi diffusius disputauiamus. Ac p̄cauēdi ars ita se habet.

Champerij paradoxa.



Edicū morbis mederi opz hīta bñ cuiusq; qd i corpe p tpe et ei⁹ nā vlgēt: rōne. In sūma opz medicū scire abſistere i statib⁹ et morbis et formis et tpsib⁹ et etatib⁹ et p̄tēta laxare et laxata p̄tēdere talī nāq; mō morbi vitiū facillime desistere poterit. Et b̄ mibi sanatio esse vī.

Liber Tertius

De modo recreandi corpora.

Caput. xlii.



Princeps de modo recreandi: reficiendiq; corpus agendum est. Sed quenā horū dispositio sit: et a quibus causis ad habitū nature reuocet: summatim hoc loco dicet. Dispositio igit talis est Sanguis qdē bonus: ac exiguus est. Itē spiritus vitalis noīe et aīalis. Itidē se hz partes ipse solide sicciores: pindeq; vires eorū debiliores existunt: et ob eā rē vniuersum corpus frigidius est. Porro cause salutares hmoi corrigentes dispositionē: vt semel dicat. Sunt quecūq; celerē quidem ac securam efficiūt nutritionē. Particulatim vō motu moderato: ac cibo: potu: somno: genera motuū sunt: gestatio deambulatio: frictio: balnea. Ac multo meliora sunt si paulatim fiant: et actiones solitas paulatim attingant. Cibus inter initia humidus: ac cōcoctio facilis esse debet nec frigidus procedente tpe magis nutriendus potus idoneus: vinū est etate moderatū: ac purū: et splendidū: aut albū: aut sufflauū: ita vt odore suaue moderate gustui sit: neq; ex toto aquosū: nec vebemētē aliquā indicans qualitātē: neq; dulcedinē: neq; acrore: nec amatorē. Ac de his quēadmodū diximus paulo ante libro de curādi via explanatū iam est. hoc loco nō decernimus docere omnia particularia Sed capita rerū tantūmodo percurrere: de quibus alijs libris latius disseruim⁹: quos scribens quot quinq; sint finem faciam orationi.

Champerij paradoxa.

Ex htp
po. i libro
de victus
ratione.



Omnes hāc viuēdi regulā seruare debēt. Itē me cibū plurimū: potus minimū sumere: potus sit vinū quā meracissimū: cibus panis et opsona oīa ossa: oleribus per id tps q̄ paucissimis vtendū est. sic enim corpus siccū erit et calidum. vere aut potu largiore: vino: diluto: cibus mollioribus et paucioribus vtī conuenit: et dēpto pane. Maza adhibēda est parimodo oīa ossa demēda in quorū locuz succedent elixa. Itē oleribus p paucis vtēdū donec hō in estiuo tpe constiterit: cibus vt dixi exigendo mollioribus et opsonijs et

Oleribus coctis et crudis et potu copiosiore: sed paulatim et sensim ne magna subito mutatio fieret quam noxia foret. Estate et molli ma-
za: et potu dilutiore ac largiore et omnibus opsoniis elixis hac de re
expedit ut corpus refrigeret et emolliat. Etiam tempus illud calidum
est et siccum: ac corpora reddit estiuantia: et siccitate indurascen-
tia. hec de libro hippocratis de victus ratione deprompta sunt.

Quo ordine libri legendi sint. Caput. xiiij. et ultimum.



Itaque supradictum iam est: ut alius liber sit in
quo de statuenda medendi arte tractamus hunc
duo alij de statuendis artibus antecedunt. Sed
hi simul cum eo: quem nunc absolvimus summatis
sunt effecti. Illi vero hunc ordinem habent. De ele-
mentis hippocratis unus liber est. Deinde tres libri de tem-
peramentis. Quorum duo de animalium temperamentis. Tertius de tem-
peramentis medicamentorum exposuit: et ob eam rem librum de viribus
simplicium medicamentorum non bene intelliges: nisi tertium de
temperamentis diligenter evolueris. Alius preterea liber parvus est
sequens duos primos libros de temperamentis qui de inequali in-
temperie inscribitur. Et idem alij parvi sunt. Alter de optima cor-
poris preparatione. Alter de bono habitu. porro alius liber est
in tria volumina diuisus qui de viribus naturalibus est: quem
post duos libros de temperamentis: aut etiam post librum de elementis
evoluas licebit. Post hunc in multis libris de actionibus anima-
libus disputamus. Cumque ad eorum demonstrationes non parum
conducatur: ex dissectione cognitio in ea primum exerceri oportet.
Atque utilissimi sunt congressus dissectionum: etiam alij plures li-
bri: unus quidem de discordia dissectionum: alter de dissectione de-
functorum: quibus deinceps existunt duo alij de dissectione viven-
tium. In alijs quibusdam particulatim instruendis discipulis
fecimus dissectionem ossium: musculorum: nervorum: atque venarum
et arteriarum. Item aliqui libri alij ex quibus est alius: in quo
disseritur utrum sanguis per naturam in arterijs contineatur.
Ceterum alij indicantes actionem earum. Duo quidem sunt de motu
musculorum. Tres de thoracis: ac pulmonis motu: quibus de-
inceps est liber de causis spirationis quibus sequitur lib. de voce.

Libert Tertius

De parte animi ac virtute que princeps est ⁊ alijs omnibus
quecunq; de naturalibus: ⁊ animalibus actionibus querun-
tur: multis editis voluminibus docuimus. Que de hippo-
cratis: ac platonis decretis inscripsimus. Eodem considerā-
di genere continentur libri de semine seorsum editi. Item li-
bri de dissectione hippocratis: quibus omnibus liber de vsu
partium sequitur: in dinotationem preterea morborum liber
de locis affectis: ⁊ venis liber de pulsibus utilis est: quo loco
etiam presentiones docemus. Antecedunt preterea librum
de pulsibus duo alij libri. Alter de vsu spirationis. Alter de
vsu pulsum: liber preterea de pulsibus in quattuor partes
distributus est. Prima est de differentia eorū. Secūda de di-
notatione. Tertia de causis pulsum. Quarta de presentione
pulsum. Ex eodē genere est liber: qui scribitur de instituen-
dis discipulis de quo artē aut de pulsib⁹ cōpediū inscribam.
vtilis pterea sunt ad hāc cōsiderationē liber de pulsib⁹ aduer-
sus archigenē: in quo enarro: ac indico. Porro utilis ad pre-
sentiōes est liber de indicijs: hūc pcedit liber de dieb⁹ decre-
torijs: qnetiā liber de spiratiōis difficultate in cognitionē p-
sentis dispōnis ac presentione futurorū malorū: aut bonorū
circa egrū utilis existit. Hi igit oēs libri: ac cū eis alij qdā sūt
libri singulares: quos euoluere vsui est. Qualis est liber de
causis pcatarticis: ac liber de pitia medicinali: ac liber de vi-
ctu extenuāte. Itē liber de mittēdo sanguinē aduersus Eras-
sistratū: ac liber de tumorib⁹ preter naturā. Itidē liber de ni-
mietate: ⁊ alij istiusmodi. Verū maxie necessarij sunt ad cu-
rādi viā ⁊ rōnē liber de morborū dīa: ac de diuersitate acci-
dentū: ac terti⁹ liber in qua morborū cās docuim⁹: a qb⁹ alij
tres existūt: accidētū cās enarrātes: libri de simplicū medi-
camētōrū virib⁹ sunt: quorū antea fecim⁹ mētionē. Itē libri de
cōpōne medicamētōrū: qb⁹ libri de curādi via ⁊ rōne sequunt
priuatim scripti: atq; etiā libri de tuēda valitudine. Ceterum
vt ante exerceri opz in libris de demōstratōe: cū q sit artē me-
dēdi rōnabilē pfectur⁹: libro de optima heresi diffinitū iā est

Ceterū de alijs libris ac cōmētarijs: quos scripsim⁹ minime
neceſſe eſt hoc loco pſeq. Nā de his oib⁹ alibi dicturi ſum⁹: et
forte vno: aut duob⁹ libris editis habituris inſcriptionē.

Champerij paradoxa.

Quanti ſo noſter Galen⁹ in rerū doctrīna z hūianarū
līrarū cognitiōe pſecerit: z multa z p̄clara ſui ingenti
monumēta teſtant. Legim⁹ Ariſtotele nō min⁹ q̄pla
tonē. Homerū quendā philoſophorū libros circiter
quadrīngētos cōſcripſiſſe. Totidē Tytanū Theophrāſtū eius
alūnū. Epicurū trecēta volumina. Chryſippū ſeptīngēta quinqs
Multa Democritū. Multa Zenonē Cirtrenſi. plura Zenonē Eleā-
tem. cōplurima Eraclitū Scotinū. varia Empedocle agrigētis
num. Sed horū oīm labores facile noſter Galen⁹ ſupauit. Qua
re ſinite me queſo. nōnulla hui⁹ doctiſſimiviri opa ex magna qua
dā infinitate librorū in mediū pſerre. Nā querētī mihi hec ſeſe po
tiſſimū obtulerūt. in primis cōpoſuit libros de q̄buſdā p̄cedētib⁹
ad ſciam medicīe: z ſunt nūero tres: in q̄b⁹ inſinuat docet z decla
rat quō medicīa ip̄a z q̄libet alia ſcia doceri debeat: vt ip̄e dicit
in fine hui⁹ iam dixi pauloātē. qz ego ſcripſi tractatū in q̄ narraui
q̄l̄r eſt medicīa. z p̄cedūt hūc tractatū duo tractat⁹ in q̄b⁹ narra
ui eſſentiā oīm artū. Et fecit librū de demōſtratōe ſeu artū p̄ſtō
ne q̄ liber logica q̄dā eſt de q̄ mētione fecit in fine hui⁹ tertij libri
vbi dixit. Et iā oſtēdi in libro in q̄ narraui meli⁹ ingenti. qz opz aſi
hos libros oēs vt exerceat i libro meo quē edidi in demōſtratōe
q̄ vult vti hac arte p̄ viā rōcinatōis z exerceri in ea. de q̄ libro ē
mētione facit tertio ſi ſimplici medicīa. c. vltio. Scd̄s eſt q̄ ſit me
dicorū laudabiſ ſecta: z ſic eſt liber de ſectis. Terti⁹ eſt vocabulo
rū ſiue noīm medicīaliū expō: z ſic eſt liber q̄ noiā de noīb⁹ medi
cīnalib⁹. de q̄ mētione facit ſcdo de dīſijs febrīū: illo caplo. Sed
qm̄. z fecit libros de medicīa vel de p̄cipijs q̄buſdā medicīne: z
ſic eſt liber dict⁹ introductorij. aut de tota medicīa: z b̄ dupl̄r vel
in cōi: z ſic eſt liber iſte tegni quē nup̄ emēdaui⁹: vel in ſpālī de
ſcibilib⁹ particularib⁹ z determinatis. z qz medicīa eſt ars opatī
ua z mechanica pace doctrīne hui⁹ dixerim: ſō p̄ſiderat ſublectuz
finē z modū inducēdi finē in ſublectū teſte Auerroi p̄mo collecto
rij. ſublectū aſi qd̄ eſt corp⁹ humanū p̄ia aphoriſmoz cōmento
p̄io: hz q̄ttuor cās. libri igr̄ galeni q̄dā ſunt de cā materiali ſicut
liber de elementis. elemēta eſt materia ſūt mixtoz corpoz teſte
p̄cipe p̄ia p̄imi caplo de elemētis: z caplo de cōplexiōib⁹: z li
ber de cōplexiōib⁹: z tertio liber de hūiorib⁹: de quo mētione fa
cit: ſcdo de p̄tutib⁹ naturalib⁹. z quic libro de hūiorib⁹ annectit li

Liber Tertius

ber de spermate: q̄ ex hīs. s. humorib⁹ sperma h̄z originē z p̄ns
cipiū teste auicēna de causis sp̄matis: de quo libro etiā in fine hu
ius meminit cū dixit: z ingrediunt in b̄ gñe doctrīne duo tracta
tus quos edidi de sp̄mate: neq; me fugit hūc librum posse alibi col
locari: ad hūc etiā librum accedit liber de colera nigra: z ad hanc
cām materialē adhuc ptinet: liber de medicatōe anathomie: cu
tus etiā meminit in calce hui⁹ tertij libri: z istorū etiā. s. de anatho
mia viuoꝝ z de anathomia mortuoꝝ cū inq̄t: z in eis est tracta
tus in quo narraui esse anathomie aīaliū mortuoꝝ: z p̄tinuatur
cū eo duo tractat⁹ in q̄b⁹ narraui esse anathomie aīaliū viuoꝝ. de
q̄bus etiā testat⁹ tertio interior caplo sc̄do. accedit etiā ad hos li
ber de vtilitate particularū: cui adheret liber de dīsa organicoꝝ
rum z consimiliū mēbroꝝ. Sunt insuper libri de causa formali. s.
cōplexione: z est liber de cōplexione: z est liber de cōplexionibus
z de malicia complexionis diuerse: de quibus in fine huius dicit
z post eū sunt tres tractatus in quibus narraui esse complexio
nis. z infra dicit eodē textu. Qui continuatur cum duobus tra
ctatibus p̄imi libri mei in complexione. z inscriptio eius est de
cōplexione mala diuersa. quibus non immerito cōiungitur liber
de virtute consuetudinis: z liber de calore iuuenis z pueri: quem
testatur fecisse in cōmento illius aphorismi p̄ime particule: qui
crescunt. De causa formali. s. cōpositione sunt libri anathomie: q̄
bus innotescunt mēbroꝝ cōpositiones quoꝝ iuuamentū ipse di
cit cum ait: opz vt antecedit studiū in anathomie libri super ea
em que apparent in anathomia sūt iuuamentū non parum. Sed
libri de causa formali. i. virtute sunt multiplices. quidā em eorum
sunt generales: vt libri de dogmatibus Platonis z Ilyp. quos
memorat in tertio huius dicēs. Quorū inscriptionē posui de sen
tentis Ilyp. z Pla. Et nono terapētica. c. vij. z liber de virtutibus
dispensantibus nostrū corpus: z de substantia virtutum nat
uraliū: z de virtutibus naturalibus: de virtutibus animalibus
in generali credendū est fecisse librum. dicit tamen in fine Tegni
se in multis operibus dixisse de eis. dicit em esse animalū virtus
tum ostendi in libro in quo sunt tractatus multi de virtute tamē
motiua que vna est ex speciebus animalis virtutis fecit librum aut
contrahendo sermonē ad musculorum motus: vt in libro de moti
bus liquidis vel manifestis vel occultis: quem innuit etiam fe
cisse in fine tertij tegni: aut ad motus musculorum determinate
partis. z sic est liber de voce. liber de vtilitate respiratōis: liber
de causis respiratōis: liber de iuuamento anhelitus: liber de
motu pectoris: z liber de instrumento odoratus: quem recitat fe
cisse in fine secundi de interioribus. De virtute vitali credendum

est ipsum fecisse librum: de operatione autē eius que est pulsare: fecit libros multos: primo liber de utilitate pulsus: liber de pulsu contra Archigenē: et liber qui dicitur pronosticum pulsus: de quo facit mentionem. primo de differentiis februm. c. vii. cum inquit. Archigenes enim quicquid deliquit: et circa intelligentiam et cognitionem duri pulsus et c. et liber compendium pulsus. et liber introductorius ad Carolū: cōmentum pulsus: liber de differentiis pulsus. Fecit etiam libros de causis efficientibus: sicut liber de causis procatacticiis: et liber de causis corporalibus: cui adiacet liber de plenitudine: cuius meminit. xlii. terapentice. de causis finalibus non oportuit facere librum: quia scientia operationum continetur scientia virtutum: et quia scientia spirituum vadit etiam cum illis: fecit etiam librum de contento in arteriis contra Archigenem: ut in fine regni dicit. hic enim dicebat in ventis pulsatilibus solum spiritum contineri et non sanguinem: sicut etiam recitat sexto epidimiarum Ioannes alexandrinus. Fecit etiam libros de fine. s. de sanitate primo: secundo de egritudine: de sanitate quidem finem fecit librum de optima habitudine et librum de eucrasia. de modo autē cōseruationis in generali ipsius sanitatis fecit librum de regimine sanitatis: sed de regimine in speciali vel preservatione fecit librum de exercitio cum parua spera: et librum de attenuanti dieta: et librum de his quibus cōuenit purgatio in vere: cuius reminiscitur in cōmento illius aphorismi sexte particule. Quibus phlebotomia aut pharmacia cōuenit: et cum considerauit egritudinem primo fecit librum ad sciendum simulationem egritudinum: qui dicitur de modo sciendi et redarguendi simulantes egritudinem. Secundo fecit etiam de egritudine libros multos: cōsiderauit enim egritudinum diuersitatē in generali: et sic fecit librum de accidenti et morbo. diuersitates autē speciales sunt secundum genera egritudinum: fecit igitur librum de modo male cōplexionis librum de differentiis febrium. et annectitur ei liber de tabe: saltē cōstitutum ad primam eius partē. Fecit etiam librum de mala cōpositione siue soluta unitate: et librum de dislocatione quē allegat Galenus. xv. continenti. De morbo cōposito fecit librum de tumoribus preter naturā. i. apostematibus: apostema enim est morbus cōpositus ex triplici genere morborum scilicet mala complexionē: mala cōpositione: et soluta unitate. secunda primi. c. v. Cum autem cōsiderauit egritudinē locorum: fecit librum de interioribus. et cum cōsiderauit tempora morborum siue mensuratiā siue terminantiā: fecit librum de quattuor temporibus morbi vniuersalibus: et de quattuor temporibus particularibus: et librum de creticis diebus: cui adheret liber de crisi. et cum cōsiderauit accidentia egritudinum fecit librum de rigore: tremore spasmus: lectigatione: et de

Liber Tertius

Dispositio: et de typo: et liberum caumate: et liberum de sternuatione: cuius
 ius recommendatur in commento illius aphorismi quinte parti-
 cule: Mulleri que a matrice. Rursus considerans pronosticationem et
 iudicium. fecit librum pronosticorum diuisum in libros duos, et adiacet
 huic noticie liber de ea que in somnibus dignatione. Considerans
 autem modos curandi rationales generales et communes magis:
 fecit liberum therapeutice: et librum decem tractatum. Specialiores
 autem modos considerans: fecit speciales regulas cure: et hoc
 fecit liberum de febribus ad glauconem: et liberum de cura ictericie
 et liberum de cura lapidis: et considerans experimenta fecit librum
 de secretis et experimentis ad varias egritudines: et librum de fa-
 cile his acquisibilibus cuius meminit, xlii. therapeutice: capitulo
 rursus: fecit etiam libros de instrumentis medicinalis scientie.
 scilicet cibo et potu et manuali operatione: de cibis fecit librum de
 alimentis et liberum de euchimia et chachochimia. de potu fecit li-
 brum de aqua et liberum de vino: cui adiecit liberum de vndimis.
 de medicinis autem simplicibus fecit liberum de simplici medica-
 na. de compositis etiam medicinis credo ipsum fecisse antidota-
 rium. his omnibus annectitur liber de pharmacis et liber de qua-
 draginta sex plantis: quem habemus cum commento humani: liber
 etiam de virtutibus centauree: quem Nicolaus de regio translu-
 lit: et liber dynamidorum: et est dynamidius locus ubi scribuntur
 virtutes rerum: et liber de commoditatibus tyriace: et liber de ty-
 rilaca ad cesarem: quem allegat Rasis frequenter. Cum autem
 considerauit manuales operationem fecit librum de chirurgia et ei
 annectitur liber de phlebotomia: sed forte conuenientibus pone-
 retur inter libros de causis efficientibus. et sic multi libri Galeni
 sunt positi in multis locis secundum aliquam considerationem:
 qui secundum aliam possunt alibi situari. Alia et scripsit multa que vel
 tam perire: vel non inciderunt in nostras manus. Scias tamen
 ipsum Galenum teste Johanne Tortelle Ceterum quinquaginta
 volumina composuisse: que omnia mira elegantia et incredibili
 quadam suauitate confecit: ut vere homericum illud de nestore
 Galeno conueniat ab eius lingua melle dulcior fluebat oratio.

Ordo librorum Galeni.

De demonstratiuis sermonibus.	volumen vnum.
Ars parua siue Microtegni.	lib. iij.
De sectis medicorum.	lib. i.
Introductorius medicorum.	lib. i.
De optima heresi ad trasibulum.	lib. i.
Definitionum liber.	lib. i.

Regni Saleni.

Fo. lxxij.

De optima doctrinatione.	lib. f.
De partibus artis medicatiue.	lib. f.
De constitutione artis medicatiue.	lib. f.
De elementis.	lib. ff.
De spermate.	lib. ff.
An oēs particule aīalis qđ fetatur fiant simul.	liber vnus.
De complexionibus.	lib. ff.
De euexia.	lib. f.
De optima constructione.	lib. f.
De colera nigra.	lib. f.
De anathomia oculorum.	lib. f.
De anatomia matricis.	lib. f.
De iuuamentis membrorum.	lib. x.
De moribus liquidis.	lib. f.
De voce ⁊ anhelitu.	lib. f.
De causis respirationis.	lib. f.
De vtilitate respirationis.	lib. f.
De iuuamento pulsus.	lib. f.
De pulsibus ad theucrum.	liber vnus
De differentiis pulsuum.	lib vnus
De pulsibus compendium.	lib. vnus.
De virtutibus corpus nostrum dispensantibus.	lib. vnus.
De substantia virtutum naturalium.	lib. vnus.
De virtutibus naturalibus.	lib. ff.
De sequela potentiariū aīe ad cōplexionē corporis a nōnullis	
De substantia virtutū animalium intitulatum.	lib. vnus.
De virtute alimentorum.	libri tres.
De subtiliante dieta.	lib. vnus
De euchimia ⁊ chachochimia.	lib. vn.
De dignotione que habetur in somniss.	lib. vnus.
De exercitio parue sphere.	lib. vnus.
De phlebotomia.	lib. vnus.
De virtute pharmacorum.	lib. vnus.
De virtute Centauree.	lib. vnus.
De simplici medicina.	lib. xj.
De simplici medicina ad paternianum.	lib. vnus.
De regimine sanitatis qui dicitur esse Rufi fm Rafim.	li. vj.
De crisi.	lib. ff.
De diebus creticis.	lib. ff.
De pronosticatione.	lib. vnus.
De simulantibus egritudinem.	lib. vnus.
De accidenti ⁊ morbo.	libri. vj. ni libri.

Secunde

ptis ope

rum gale

Liber Tertius

De causis procatarticiis.	lib. vnus.
De mala complexione diuersa.	li. vnus.
De typo.	li. vnus.
De tremore lectigatione: rigore et spasmo.	li. vnus.
De differentiis febriliū. li. ij.	(De tabe. lib. vnus.
De quattuor temporibus morbi vniuersalibus.	lib. vnus.
De quattuor temporibus paroxysmorum.	li. vnus.
De diſſua.	libri tres.
De diſſolutione continua.	liber vnus.
De tumoribus præter naturam	lib. vnus.
De cura ictericie.	li. vnus.
De iteriorib⁹ q̄ ſz aliq̄s dī liber ſciarū a raby moyſe.	li. vi.
De cura lapidis.	lib. vnus.
De ginecijs.	li. vnus.
De dinamidijs paruus.	li. vnus.
De febribus ad glaucones et de apoſtematibus et podagra diſtinctus in duos tractatus.	li. vnus.
De ingenio ſanitatis.	li. xliij.
De curationibus egritudinū particulariū qui dicitur My amir qui diuiditur in. x. tractatus.	lib. vnus.
De facile acquiſibilibus.	lib. vnus.
De ſecretis galeni qui dicitur liber ſecretorum.	lib. vnus.
De experimentis qui dicitur liber experimētorum.	lib. vnus.
De tyriaca.	lib. vnus.
De comoditatibus tyriace.	lib. vnus.
De vtilitate particularum.	lib. xviij.
De hyſtoria phoꝝ quē vt credo nō eſt galeni.	lib. vnus.
De ſubfiguratione empirica.	lib. ſ.
De compagine membrorum.	lib. vnus.
De anathomia parua.	lib. ſ.
De anathomia viſuorum.	lib. vnus.
De natura et ordine vniuſcuſcuſq; corporis.	lib. vnus.
De dinamidijs magnus.	lib. vnus.
De incantatione.	lib. ſ.
De oculis qui attribuitur galeno noſtro.	lib. ſ.
Scriptis galen⁹ cōmētaria plīma i hippocratē cohū. Et pmo	
In amphoriſinos hipocratis.	parti. viij.
In libros pronostiſcorum.	parti. iij.
In libros de regimine acutorum.	lib. iij.
In librum eptidimiarum.	parti. viij.

Regiſtrū. a. ab. b. c. d. e. f. g. h. i. Des ſunt quaterni. Finit.

o. vnu.
i. vnu.
i. vnu.
i. vnu.
o. vnu.
b. vnu.
i. vnu.
et tres.
vnu.
o. vnu.
i. vnu.
li. vi.
o. vnu.
i. vnu.
vnu.
gra. xl.
i. vnu.
li. xlii.
o. vnu.
o. vnu.
b. vnu.
b. vnu.
vnu.
o. vnu.
o. vnu.
li. i.
o. vnu.
li. i.
o. vnu.
o. vnu.
lib. i.
lib. i.
et pro
artu.
lib. i.
m. vi.
m. i.

